

V
B
J
C
35490
I



COMMUNE SANCTORUM

Juxta

BREVIARIUM ROMANUM

PII V. Pontificis Maximi jussu editum.

Et

CLEMENTIS VIII. URBANI VIII. PP. Auctoritate Recognitum.

OFFICIIS NOVIS SANCTORUM, Quæ in antiquis Breviariis desiderantur.

AUCTUM.

SANDOMIRIÆ
Typis S. R. M. Coll: Sand: Soc: JESU.
Annô Domini 1772.

ORATIO
Ante Officium Divinum.

APeri Domine os meum ad benedicendum Nomen Sanctum tuum: munda quoq; cor meum ab omnibus vanis, perverſis, & alienis cogitationibus; intellectum illumina, affectum inflamma; ut dignè, attentè, ac devotè hoc Officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conſpectum Divinæ Majeſtatis tuæ. Per Chriſtum Dominum noſtrum. A.

Domine, in unione illius Divinæ intentionis, quâ ipſe in terris laudes DEO perſolviſti, has tibi Horas perſolvo.

ORATIO
Poſt Officium Divinum.

SAcroſanctæ & individuæ Trinitati, Crucifixi Domini noſtri JESU Chriſti humanitati, Beatiſſimæ & glorioſiſſimæ ſemperq; Virginis MARIÆ fæcundæ integritati & Omnium Sanctorum univerſitati ſit ſempiterna laus, honor, virtus, & gloria, ab omni creatura, nobisq; remiſſio omnium peccatorum per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

℣. *Beata Viſcera MARIÆ Virginis, quæ portaverunt Æterni Patris Filium.*

℟. *Et Beata Ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Dominum.* Pater noſter, &c. Ave MARIA, &c.

COMMUNE SANCTORUM.

Domine labia mea aperies. ℟. Et os meum annuntiabit laudem tuã. ℣. DEUS in adjutorium meum intende. ℟. Domine ad adjuvandũ me feſtina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Pſalmus.

VEnite, exultem9 Domino, jubilemus DEO Salutari noſtro: præoccupemus faciem ejus in confeſſione, & in Pſalmis jubilemus ei.

Quoniam DEUS magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos: quoniã non repellet Dominus plebem ſuam, quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitudines mõtium ipſe conſpicit.

Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundaverunt manus ej9: venite adoremus, & procidamus ante DEUM: ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus DEUS noſter: nos autem populus, ejus, & oves

paſcuæ ejus.

Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto: ubi tentaverunt me patres veſtri, probaverunt, & viderunt opera mea.

Quadraginta annîs proximus fui generationi huic, & dixi: Semper hi errant corde: ipſi verò non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.

Gloria Patri, & Filio & Spiritui S. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

COMMUNE Apoſtolorum & Evangeliſtarum.

Ad Veſperas, Antiph. Hoc eſt præceptum meum. *Cum reliquis de Laudib.* *Pſalmus.* Dixit Dominus *cum reliquis de Dominica, & locò ultimi, Pſalmus:* Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. *Ephes. 2. d.*

FRatres, jam non eſtis hoſpites, & advenæ: ſed eſtis cives Sanctorum, & domeſtici DEI, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorũ & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto JESU. ℟. DEO gratias.

Hymnus.

EXultet orbis gaudiîs: (bûs:
Cælum reſultet laudi-
Apoſtolorum gloriam
Tellus & aſtra concinunt.

Vos

Vos sæculorum Judices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium;
Audite voces supplicũ.
Qui templa Cæli clauditis,
Serasq; verbô solvitis;
Nos à reatu noxios
Solvi jubete, quæsumꝰ.
Præcepta quorum protinus
Languor, salusquè sentiunt,
Sanate mentes languidas:
Augete nos virtutibus:
Ut, cùm redibit Arbiter
In fine Christus sæculi;
Nos sempiterni gaudii
Concedat esse compotes.
Patri, simulq; Filio,
Tibiq; Sancte Spiritꝰ,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloria. Amen.

℣. In omnem terram exivit sonus eorum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnif. Antiph. Tradent enim vos in concillis, & in Synagogis suis flagellabunt vos, & ante Reges & Præsides ducemini propter me in testimonium illis, & Gentibus.

Oratio propria.

Ad Matutinum, Invitatorium. Regem Apostolorum Dominum, * Venite adoremus. *Psalm:* Venite exultemus &c.

Hymnus.

Æterna Christi munera,
Apostolorum gloriam,
Palmas, & hymnos debitos
Lætis canamus mentibûs.

Ecclesiarum Princi-
pes, (*ces,*
Belli triumphales Du-
Cœleſtis aulæ Milites,
Et veræ mundi lumina
Devota Sanctorum
Fides,
Invicta ſpes credentiũ,
Perfecta Chriſti Chari
tas (*terit.*
Mundi tyrannum con-
In his Paterna glo-
ria, (*us,*
In his triumphat Fili
In his voluntas Spiri-
tûs, (*diô.*
Cælum repletur gau-
Patri, ſimulq; Filio,
Tibiq; Sancte Spiritꝰ
Sicut fuit, ſit jugiter
Sæclum per omne glo-
ria. Amen.
In primo Noct: Ant:

In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Pſalmus 18.

Cœli enarrant gloriam DEI, * & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * & nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquelæ, neque ſermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum: * & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Exultavit ùt gigas ad currendam viam: à ſummo Cœlo egreſſio ejus.

Et

Et occurſus ejus usq; ad ſummũ ejꝰ: * nec eſt qui ſe abſcõdat à calore ejus.

Lex Domini immaculata, convertens animas: * teſtimonium Domini fidele, ſapientiã præſtans parvulis.

Juſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini ſanctus, permanẽs in ſæculum ſæculi: * judicia Domini vera, juſtificata in ſemetipſa.

Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum: * & dulciora ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuꝰ cuſtodit ea: * in cuſtodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me;* & ab alienis parce ſervo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: * & emundabor à delicto maximo.

Et erunt, ut cõplaceant eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Domine Adjutor meus, * & Redemptor meus.

Antiph: In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ.

Antiph: Clamaverunt juſti, & Dominus exaudivit eos.

Pſal-

Psalmus 33.

BEnedicam Dominum in omni tẽpore, * semper laus ejus in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea: * audiant mansueti, & lætentur.

Magnificate Dominum mecum: * & exaltemus Nomen ejꝰ in id ipsum.

Exquisivi Dominũ, & exaudivit me: * & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: * & facies v stræ non cõfundentur.

Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum: * & de omnibus tribulationibus ejus salvavit eũ.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, * & eripiet eos.

Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus: * beatus vir qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes Sancti ejus: * quoniam non est inopia timentibus eũ.

Divites eguerunt, & esurierunt: * inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono.

Venite filii, audite me: * timorem Domini docebo vos.

Quis est homo, qui vult vitam: * diligit dies videre bonos?

Prohibe linguã tuã à malo: * & labia tua nè loquantur dolum.

Di-

Diverte à malo, & fac bonum: * inquire pacem, & persequere eam.

Oculi Domini super justos: * & aures ejus in preces eorum.

Vultus autē Domini super facientes mala, * ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt justi, & Dominus exaudivit eos: * & ex omnibus tribulationibus eorū liberavit eos.

Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde; * & humiles spiritu salvabit.

Multæ tribulationes justorum: * & de omnibus his liberabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum: * unum ex his nō conteretur.

Mors peccatorum pessima: * & qui oderunt justū, delinquēt

Redimet Dominus animas servorum suorum: * & nō delinquent omnes, qui sperant in eo.

Antiph: Clamaverunt justi, & Dominus exaudivit eos.

Antiph: Constitues eos Principes super omnem terram: memores erunt Nominis tui Domine.

Psalmus 44.

ERuctavit cor meū verbum bonum: * dico ego opera mea Regi.

Lingua mea calamus scribæ, * velociter scribentis.

Spe-

Specioſus forma præ filiis hominū, diffuſa eſt gratia in labiis tuis * propterea benedixit te DEUS in æternum.

Accingere gladiô tuô ſuper femur tuum: * potentiſſime.

Specie tua, & pulchritudine tua: * intende, proſpere procede, & regna.

Propter veritatem, & manſvetudinē, & juſtitiam. * & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent: * in corda inimicorum regis.

Sedes tua DEUS in ſæculum ſæculi: * virga directionis, virga Regni tui.

Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: * propterea unxit te DEUS, DEUS tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimētis tuis, à domibus eburneis: * ex quibus delectaverunt te filiæ regū in honore tuo.

Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato: * circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuā; * & obliviſcere populum tuum, & domum Patris tui.

Et concupiſcet Rex, decorē tuum: * quoniam ipſe eſt Dominus DEUS tuus, & adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in mu-

neribus: * vultum tuum deprecabuntur, omnes divites plebis,

Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus, * in fimbriis aureis circum amicta varietatibus.

Adducentur Regi virgines poſt eam: * proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia, & exultatione: * adducentur in templum Regis.

Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filii: * cõſtitues eos Principes ſuper omnem terrã.

Memores erunt Nominis tui: * in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum: * & in ſæculum ſæculi.

Antiph: Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram: memores erunt Nominis tui Domine.

℣. In omnem terrã exivit ſonus eorũ.

℞. Et in fines orbis terræ verba eorum.

In ſecundo Nocturno.

Antiph:

Principes populorum congregati ſunt cum DEO Abraham.

Pſalmus 46.

OMnes gentes plaudite manibus: * jubilate DEO in voce exultationis.

Quoniam Dominus excelſus, terribilis: * Rex magnus ſuper omnem terram.

Subjecit populos

nobis,

nobis, * & Gentes sub pedibus nostris.

Elegit nobis hæreditatem suam: * speciem Jacob, quam dilexit.

Ascendit DEUS in jubilo: * & Dominus in voce tubæ.

Psallite DEO nostro, psallite: * psallite Regi nostro, psallite.

Quoniam Rex omnis terræ DEUS: * psallite sapienter.

Regnavit DEUS super Gentes: * DEUS sedet super Sedem Sanctam suam.

Principes populorũ congregati sunt cum DEO Abraham: * quoniam dii fortes terræ vehementer elevati sunt.

Antiph: Principes populorum congregati sunt cum DEO Abraham.

Ant: Dedisti hæreditatem timentibus Nomẽ tuum Domine.

Psalmus 60.

Exaudi DEUs deprecationem meam: * intende orationi meæ.

A finibus terræ ad te clamavi: * dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea: * turris fortitudinis à facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: * protegar in velamento alarum tuarum.

Quoniam tu DEUS meꝰ exaudisti orationem

nem meam: * dediſti hæreditatem timentibus Nomen tuum.

Dies ſuper dies regis adjicies: * annos ejus usq; in diem generationis & generationis.

Permanet in æternum in conſpectu DEI: * miſericordiã & veritatẽ ejus quis requiret?

Sic pſalmum dicam Nomini tuo in ſæculum ſæculi: * ut reddam vota mea de die in diem.

Ant: Dediſti hæreditatem timentibus Nomẽ tuum Domine.

Ant: Annuntiaverunt opera DEI, & facta ejus intellexerunt.

Pſalmus 63.

EXaudi DEUS orationem meam, cùm deprecor: * à timore inimici eripe animam meam.

Protexiſti me à cõventu malignatium: * à multitudine operantium iniquitatẽ.

Quia exacuerunt ùt gladium linguas ſuas: * intenderunt arcum rem amaram, ut ſagittent in ocultis immaculatum.

Subitò ſagittabunt eum, & nõ timebunt: * firmaverunt ſibi ſermonem nequam.

Narraverunt, ut abſconderent laqueos: * dixerunt: Quis videbit eos.

Scrutati ſunt iniquitates: * defecerunt ſcrutantes ſcrutiniô.

Accedet homo ad cor altum: * & exaltabitur DEUS.

Sagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum: * & infirmatæ ſunt contra eos, linguæ eorum.

Conturbati ſunt omnes, qui videbant eos: * & timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera DEI: * & facta ejus intellexerunt.

Lætabitur juſtus in Domino, & ſperabit in eo: * & laudabuntur omnes recti corde

Ant: Annuntiaverunt opera DEI, & facta ej9 intellexerũt

℣. Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. ℟. Memores erunt Nominis tui Domine.

In tertio Nocturno.

Ant: Exaltabuntur cornua juſti. Allel:

Pſalmus 74.

Confitebimur tibi DEUS: * confitebimur, & invocabimus Nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: * cum accepero tempus, ego juſtitias judicabo.

Liquefacta eſt terra & omnes qui habitãt in ea: * ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite iniquè agere: * & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu veſtrũ: * nolite loqui adversùs DEUM iniquitatẽ.

Quia neq; ab Oriẽte, neq; ab Occidente, neq; à deſertis montibus: * quoniam DEUS Judex eſt.

Hunc

Hunc humiliat, & hunc exaltat: * quia calix in manu Domini vini meri plenus mistô.

Et inclinavit ex hoc in hoc: verum tamen fæx ejus non est exinanita: * bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in sæculum: * cantabo DEO Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringã: * & exaltabuntur cornua justi.

Ant: Exaltabuntur cornua justi, alleluja.

Ant: Lux orta est justo, alleluja: rectis corde lætitia, allel.

Psalmus 96.

DOminus regnavit exultet terra: * lætentur insulæ multæ.

Nubes & caligo in circuitu ejus: * justitia & judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: * vidit & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: * à facie Domini omnis terra.

Annuntiaverũt Cæli justitiam ejus: * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum om-

nes

nes Angeli ejus: * audivit, & lætata eſt Sion.

Et exultaverunt filiæ Judæ, * propter judicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus Altiſſimus ſuper omnem terram: * nimis exaltatus es ſuper omnes Deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: * cuſtodit Dominus animas Sanctorũ ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta eſt juſto: * & rectis corde lætitia.

Lætamini juſti in Domino: * & confitemini memoriæ ſanctificationis ejus.

Ant: Lux orta eſt juſto, alleluja: rectis corde lætitia, allel.

Ant: Cuſtodiebant teſtimonia ejus, & præcepta ejus, allel.

Pſalmus 98.

DOminus regnavit, iraſcantur populi: * qui ſedet ſuper Cherubim, moveatur terra.

Dominus in Sion magnus: * & excelſus ſuper omnes populos

Confiteantur Nomini tuo magno, quoniam terribile & Sanctũ eſt: * & honor Regis judicium diligit.

Tu paraſti directiones: * judicium & juſtitiam in Jacob tu feciſti.

Exaltate Dominum DEUM noſtrum, & adorate ſcabellum pedum ejus: * quoniam Sanctum eſt.

Moyſes

Moyses, & Aaron in Sacerdotibus ejus: * & Samuel inter eos, qui invocant Nomen ejus.

Invocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: * in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia ejus: * & præceptũ quod dedit illis

Domine DEUS noster tu exaudiebas eos: * DEUS tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum.

Exaltate Dominum DEUM nostrum, & adorate in mõte sancto ejus: * quoniam Sanctus Dominus DEUS noster.

Ant: Custodiebant testimonia ejus, & præcepta ejus, allel.

℣. Nimis honorati sunt amici tui DEUS. ℟. Nimis confortatꝰ est principatus eorũ.

Ad LAUDES
& per Horas Antiph.

Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

Psalm: Dominus regnavit. *cum reliq:*

Ant: Majorem charitatem nemo habet, ut animam suã ponat quis pro amicis suis.

Ant: Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis, dicit Dominus.

Ant: Beati pacifici, beati mundo corde: quoniam ipsi DEUM videbunt.

Ant: In patientia vestra possidebitis a-

nimas vestras.

Capitulum. *Eph: 2. d.*

FRatres: Jam nõ estis hospites, & advenæ: sed estis cives Sanctorum, & domestici DEI, superædificati super fundamẽtum Apostolorum & Prophetarum ipso sũmo angulari lapide Christo JESU.

℞. DEO gratias.

HYMNUS.

EXultet orbis gaudiis,
Cælum resultet laudibꝰ
Apostolorum gloriam
Tellus & astra concinunt.
Vos sæculorum Judices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium,
Audite voces supplicum
Qui templa Cæli clauditis,
Serasq; verbô solvitis,
Nos à reatu noxios
Solvi jubete quæsumus.
Præcepta quorum protinus.
Languor, salusq; sentiunt,
Sanate mentes languidas,
Augete nos virtutibus.
Ut, cum redibit Arbiter,
In fine Christus sæculi,
Nos sempiterni gaudii
Concedat esse compotes.
Patri, simulq; Filio,
Tibiq; Sancte Spiritꝰ,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloria. Amen.

℣. Annuntiaverunt opera DEI.

℞. Et facta ejus intellexerunt.

Ad

Ad Benedictus Antiph. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

Ad Tertiam Antiph. Majorem charitatem.

Capitulum. Fratres, Jam non estis.

℞. *br.* In omnem terram, * Exivit sonus eorum. In omnẽ

℣. Et in fines orbis terræ verba eorum, Exivit. Gloria. In omnem.

℣. Constitues eos Principes super omnem terram.

℞. Memores erunt Nominis tui Domine.

Ad Sextam Antiph. Vos amici mei estis.

Capitulum. *Act: 5. b.*

Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe.

℞. *br.* Constitues eos Principes, super omnem terram. Constitues eos.

℣. Memores erunt Nominis tui Domine. Super. Gloria. Constitues.

℣. Nimis honorati sunt amici tui DEUS.

℞. Nimis confortatus est principatus eorum.

Ad Nonam, Antiph. In patientia vestra.

Capitulum. *Act: 5. g.*

Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro Nomine JESU contumeliam pati.

℞. *br.* Nimis hono-

rati sunt, * Amici tui DEUS. Nimis.

℣. Nimis conforta tus est principatus eorum. Amici.

Gloria Patri. Nimis.

℣. Annuntiaverunt opera DEI.

℟. Et facta ejus intellexerunt.

IN II. VESPERIS.

ANTIPHONA.

Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum.

Psalmus 109. Dixit Domi nus &c *ut in Vesp: de Domin.*

Ant. Collocet eum Dominus cum Prin cipibus populi sui.

Psalmus 112. Laudate pueri Dominum; &c. *ut in Vesp. de Dom.*

Ant. Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hosti am laudis.

Psalm: 115. Credidi: *ut in fine Vesp: Dom: pro Mart.*

Ant: Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua.

Psalmus 125.

IN convertendo Dominus captivitatē Sion: * facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudiô os nostrum: * & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter Gentes: * magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscū: * facti sumus lætantes.

Converte Domine captivitatē nostram: * sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lacrymis: * in exultatione metent.

Euntes ibant, & fle-

bant: * mittentes ſemina ſua.

Venientes autē venient cum exultatione: * portantes manipulos ſuos.

Ant: Euntes.

Ant. Confortatus eſt principatus eorū, & honorati ſunt amici tui DEUS.

Pſalmus 138.

DOmine probâſti me, & cognoviſti me: * tu cognoviſti ſeſſionē meam, & reſurrectionem meam.

Intellexiſti cogitationes meas de lōge: * ſemitam meam, & funiculum meum inveſtigâſti.

Et omnes vias meas prævidiſti: * quia non eſt ſermo in lingua mea.

Ecce Domine tu cognoviſti omnia, noviſſima, & antiqua: * tu formâſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.

Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: * confortata eſt, & nō potero ad eam.

Quo ibo à Spiritu tuo? * & quò à Facie tua fugiam?

Si aſcendero in Cælum, tu illic es: * ſi deſcendero in infernum ades.

Si ſumpſero pennas meas diluculô: * & habitavero in extremis maris.

Etenim illuc Manus tua deducet me: * & tenebit me dextera tua.

Et dixi: Forſitan tene-

nebræ conculcabunt me: * & nox illuminatio mea in delicis meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: * sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos: * suscepisti me de utero matris meæ.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: * mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.

Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto: * & substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meũ viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: * & dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui DEUS: * nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos. & super arenã multiplicabuntur: * exsurrexi & adhuc sum tecum.

Si occideris DEUS peccatores: * viri sanguinũ declinate à me

Quia dicitis in cogitatione: * accipient in vanitate civitates tuas.

Nõne qui oderunt te Domine, oderam: * & super inimicos tuos tabescebam?

Perfectô odiô oderam illos: * & inimi-

ci

ci facti ſunt mihi.

Proba me DEUS, & ſcito cor meum: * interroga me, & cognoſce ſemitas meas.

Et vide, ſi via iniquitatis in me eſt: * & deduc me in via æterna.

Ant: Confortatus eſt principatus eorũ, & honorati ſunt amici tui DEUS.

Capitulum. *Ephes.* 2. *d.* Fratres &c.

Hymnus. Exultet orbis.

Vers. Annuntiaverunt opera DEI.

℟. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Magnificat Ant: Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente: & accipietis regnum æternum.

ORATIO

In Feſto S. Andreæ Apoſt.

MAjeſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus, ut ſicut Eccleſiæ tuæ Beatus Andreas Apoſtolus extitit Prædicator & Rector, ità apud te ſit pro nobis perpetuus Interceſſor. Per Dominum &c.

In Feſto S. Thomæ Ap:

DA nobis, quæſumus Domine, Beati Apoſtoli tui Thomæ ſolemnitatibus gloriari, ut ejus ſemper & patrociniis ſublevemur, & fidem cõgrua devotione ſectemur. Per Dominum.

In Feſto S. Joannis Apoſtoli & Evang.

ECcleſiam tuã Domine benignus illuſtra, ut B. Joannis Apoſtoli tui & Evangeliſtæ illuminata doctrinis ad dona perveniat

niat sempiterna. Per Dominum &c.

In Festo S. Mathiæ A.

DEUS, qui Beatum Mathiam Apostolorum tuorũ collegio sociâsti, tribue, quæsumus, ut ejus interventione, tuæ circa nos pietatis sẽper viscera sẽtiamus. Per D.

In Festo S. Marci Ev:

DEUS, qui Beatum Marcum Evangelistam tuũ Evangelicæ prædicationis gratiâ sublimâsti, tribue quæsumus, ejus nos semper & eruditione proficere, & oratione gaudere. Per Dom:

In Festo SS. Philippi & Jacobi AA.

DEUS, qui nos annua Apostolorum tuorũ Philippi & Jacobi solemnitate lætificas, præsta quæsumus, ut quorũ gaudemus meritîs instruamur exẽplis. Per D.

In Festo S. Joannis ante Port: Lat.

DEUS, qui conspicis, quia nos undiq; mala nostra perturbant, præsta, quæsumus, ut B. Joannis Apostoli tui, & Evangelistæ intercessio gloriosa nos protegat. Per Dom.

In Festo S. Barnabæ A.

DEUS, qui nos Beati Barnabæ Apostoli tui meritîs & intercessione lætificas, concede propitius, ut qui tua per eum beneficia poscimus, donô tuæ gratiæ consequamur. Per Dom.

In Festo SS. Apostolor: Petri & Pauli.

DEUS, qui hodiernam diẽ Apostolorum tuorũ Petri & Pauli martyriò consecrâsti: da Ecclesiæ tuæ eorũ in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per D.

In Festo S. Jacobi Ap.

ESto Domine plebi tuæ Sanctificator, & custos: ut Apostoli tui Jacobi munita præsidiîs & conversatione tibi placeat, & secura mente deserviat. Per Dom.

In Festo SS. Simonis & Judæ AA.

DEUS, qui nos per Beatos Apostolos tuos Simonem & Judam ad agnitionẽ tui Nominis venire tribuisti, da nobis eorum gloriam sempiternã & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. per Dom.

COMMUNE

Apostolorum & Evangelistarum tempore Pasch.

Ad Vesperas, Antiphona Sancti tui, *cum reliquis de Laudibus.*

Psalm: Dixit Dominus: *cũ reliquis de Domin: & locò ultimi Psalmi.* Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. *Sap: 4.*

STabunt justi in magna constantia adversùs eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum.

HYMNUS.

T*Ristes erant Apostoli,*
De Christi acerbo funere;

Quem

Quem morte crudeliſ-
ſima
Servi necârant impii.
Sermone verax An-
gelus, *[rat:*
Mulieribus prædixe
Mox ore Chriſtus gau-
dium,
Gregi feret fidelium.
Ad anxios Apoſtolos
Currunt ſtatim dum
nuntiæ,
Illæ micantis obvia
Chriſti tenent veſtigia,
Galileæ ad alta
montium
Se conferunt Apoſtoli;
Jesúq; voti compotes,
Almo beantur lumine.
Ut ſis perenne men-
tibus, *(um;*
Paſchale Jeſu gaudi
A morte dira criminũ;
Vitæ renatos libera.
DEO Patri ſit glo-
ria, *[tuis*
Et Filio, qui à mor-
Surrexit, ac Paraclito
In ſempiterna ſæcula.
Amen.

℣. Sancti & Juſti in Domino gaudete, Alleluja.

℟. Vos elegit DEUS in hæreditatem ſibi, alleluja.

Ad Magnificat Ant: Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporum. Allel:

Oratio propria.

Ad Matutinum Invitatorium.

Regem Apoſtolorum Dominum, Venite adoremus, all: *Pſalm:* Venite, exultemus. *Hymn:* Triſtes erant Apoſtoli: *ut ſupra.*

In Primo Nocturno Antiph.

Stabunt Juſti in magna conſtantia adverſus eos, qui ſe anguſtiaverunt. Alleluja. *Pſalm:* Cœli enarrant. Benedicam. Eructavit. *ut ſupra de comm: Apoſt:* p. 4.

℣. Sancti & Juſti in Domino gaudete, Alleluja. ℟.

℟. Vos elegit DEUS in hæreditatem ſibi, alleluja.

In ſecundo Nocturno Antiph. Ecce quomodo computati ſunt inter Filios DEI, & inter Sanctos ſors illorum eſt, alleluja. *Pſalmi:* Omnes Gentes Exaudi DEUS de precationem. Exaudi DEUS orationem. *ut ſupra.*

℣. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine. Alleluja.

℟. Et æternitas tēporum. Alleluja.

In tertio Nocturno. Antiph: Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine & æternitas temporum, allel: *Pſalmi:* Confitebimur. Dominus regnavit, exultet. Dominus regnavit, iraſcantur. *ut ſupra,* in Com: Apoſt.

℣. Lætitia ſempiterna ſuper Capita eorum, alleluja.

℟. Gaudium & exultationem obtinebunt, Alleluja.

Ad LAUDES

& per Horas, Antiphona.

Sancti tui Domine florebunt ſicut liliū, alleluja: & ſicut odor balſami erunt ante te, alleluja. *Pſalm:* Dominus regnavit.

Ant: In Cœleſtibus Regnis Sanctorū habitatio eſt, alleluja. Et in æternum requies eorum, allel:

Ant: In velamento clamabunt Sancti tui Domine, allel: allel:

Ant: Spiritus & Animæ juſtorum, hymnum dicite DEO noſtro, alleluja.

Ant: Fulgebunt juſti, ſicut ſol in conſpectu DEI, allel:

Capitulum. *Sap: 5.*

Stabunt Juſti in magna conſtantia adverſùs eos, qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores eorum.

HYMNUS.

PAschale mundo gaudium
Sol nuntiat formosior,
Cùm luce fulgentem nova
Jesum vident Apostoli.
In carne Christi vulnera (*dera,*
Micare tanquam si-
Mirantur, & quidquid vident, (*cant.*
Testes fideles prædi-
Rex Christe clementissime, [*de;*
Tu corda nostra possi-
Ut lingua grates debitas
Tuo rependat Nomini
Ut sis perenne mentibus (*um;*
Paschale Jesu gaudi
A morte dira criminũ,
Vitæ renatos libera.
DEO Patri sit gloria
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sempiterna sæcula.

℣. Pretiosa in conspectu Domini, allel:
℟. Mors Sanctorum ejus, alleluja.

Ad Benedictus, Ant: Filiæ Jerusalem, venite & videte Martyres cũ coronis, quibûs coronavit eos Dominus in die solemnitatis & lætitiæ, alleluja, alleluja.

Ad Tertiam Antiph. In cælestibus regnis

Capit. Stabunt justi.

℟. *br.* Sancti & justi in Domino gaudete: * Alleluja, Allel. Sancti & justi.
℣. Vos elegit DEUS in hæreditatem sibi. Alleluja, allel. Gloria Patri. Sancti & justi.
℣. Lux perpetua lucebit

cebit Sanctis tuis Domine, Alleluja.

℟. Et æternitas tẽporum. Alleluja.

Ad Sextam, Antiph: In velamento.

Capitulum. *Sap: 5.*

Ecce quomodo cõputati sunt inter filios DEI, & inter Sanctos sors illorum est.

℟. *br.* Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine. Allel: allel: Lux perpetua.

℟. Et æternitas tẽporum. Allel: allel.

Gloria Patri. Lux perpetua.

℣. Lætitia sempiterna super Capita eorum. Alleluja.

℟. Gaudium & exultationem obtinebunt. Alleluja.

Ad Nonam, Antiph: Fulgebunt justi.

Capitulum. *Rom: 8. e.*

Scimus, quoniam diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum, iis qui secundùm propositum vocati sunt Sancti.

℟. *br:* Lætitia sempiterna super Capita eorum. * Allel: allel: Lætitia.

℣. Gaudium & exultationem obtinebunt. Allel: allel.

Gloria Patri. Lætitia

℣. Pretiosa in conspectu Domini, allel: Mors Sanctorum ejus. Alleluja.

Ad Vesperas Antiphona.

Sancti tui, *cum reliquis de Laudibus: Psalm:* Dixit Dominus. Laudate pueri. Credidi. In convertendo. Domine probasti: *ut supra.*

Capitulum. Stabunt justi.

Hymnus: Tristes erant Apostoli.

℣. Pretiosa in conspectu Domini. Allel:

℟. Mors Sanctorum ejus. Alleluja.

Ad Magnificat, Ant- Sancti & justi in Domino gaudete, Allel. Vos elegit DEUS in hæreditatem sibi. Al:

COMMUNE

Unius Martyris extra tempus Paschale.

Ad Vesperas, Antiph.

Qui me confessus: *cum reliquis de Laud: Psalm:* Dixit Dominus: *cum reliq: de Dom: & locò ultimi. Psalm.* Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. *Jac: 1. b.*

Beatus Vir, qui suffert tentationē: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit DEUS diligentibus se.

HYMNUS.

DEUS tuorum mi-
litum (miū,
Sors, & corona, præ-
Laudes canentes Mar
tyris (nis.
Absolve nexu crimi-
Hic nēpe mundi gau-
dia, (bula,
Et blanda fraudum pa-
Imbuta felle deputans
Pervenit ad cælestia.
Pœnas cucurrit forti-
ter,
Et sustulit viriliter,
Fundensq; pro te San-
gvinem,
Æterna dona possidet.
Ob hoc, precatu sup-
plici
Te poscimus piissime,
In hoc triumpho Mar-
tyris (lis.
Dimitte noxam servu-
Laus & perennis
gloria
Patri sit, atq; Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula.
Amen.

℣.

℣. Gloria & honore coronâſti eum Domine.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Ad Magnificat, Ant:

Iſte Sanctus pro lege DEI ſui certavit uſq; ad mortem, & à verbis impiorum nõ timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Pro Matyre Pontifice.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice Omnipotẽs DEUS, & quia pondus propriæ actionis gravat, B. N. Matyris tui atq; Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dom.

Alia Oratio.

DEUS, qui nos Beati N. Martyris tui atq; Pontificis annua ſolemnitate lætificas, concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dom.

Pro Martyre tantum.

Oratio.

PRæſta quæſumus, Omnipotens DEUS: ut, qui Beati N. Martyris tui natalitia colimus, interceſſione ejus in tui Nominis amore roboremur. Per Dom.

Alia Oratio.

PRæſta, quæſumus, Omnipotens DEUS: ut intercedente Beato N. Martyre tuo, & à cunctis adverſitatibus liberemur in corpore, & à pravis cogitationibus mun-

mundemur in mēte. Per Dom:

Ad Matut: Invitator: Regem Martyrum Dominum, * Venite adoremus *Psalm:* Venite exultemus. *Hymnus:* DEUS tuorum militum,

In Primo Nocturno, Antiphona. In lege Domini fuit voluntas ejus die ac nocte.

Psalmus 1.

BEatus Vir, qui nō abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum nō stetit: * & in cathedra pestilentiæ non sedit.

Sed in lege Domini voluntas ejus: * & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et folium ejus non defluet: * & omnia, quæcunq; faciet prosperabuntur.

Non sic impii, non sic: * sed tanquā pulvis, quē projicit ventus á facie terræ.

Ideò non resurgent impii in judicio: * neq; peccatores in cōcilio justorum.

Quoniam novit Dominus viā justorū:* & iter impiorū peribit

Ant: In lege Domini fuit voluntas ejus die ac nocte.

Antiph: Prædicans præceptum Domini constitutus est in mōte sancto ejus.

Psalmus 2.

QUare fremuerunt Gentes: * & populi meditati sunt inania?

Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unũ: * adversùs Dominum, & adversùs Chriſtum ejus.

Dirumpamus vincula eorũ: * & projiciamus à nobis jugũ ipſorum.

Qui habitat in Cœlis, irridebit eos: * & Dominus ſubſannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira ſua: * & in furore ſuo conturbabit eos.

Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem Sanctum ejus: * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam: * & poſſeſionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea: * & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc Reges intelligite: * erudimini, qui judicatis terram.

Servite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus: * & pereatis de via juſta

Cùm exarſerit in brevi ira ejus: * beati omnes, qui confidunt in eo.

Ant: Prædicans præceptum Domini, cõ-

ſti-

ſtitutus eſt in monte Sancto ejus.

Ant: Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte ſancto ſuo.

Pſalmus 3.

Domine quid multiplicati ſunt, qui tribulant me? * multi inſurgunt adversùm me.

Multi dicunt animæ meæ: * non eſt ſalus ipſi in DEO ejus.

Tu autem Domine ſuſceptor meus es: * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: * & exaudivit me de mõte ſancto ſuo.

Ego dormivi, & ſoporatus ſum: * & exſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: * exſurge Domine, ſalvum me fac DEUS meus.

Quoniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa: * dentes peccatorum contriviſti.

Domini eſt ſalus: * & ſuper populum tuum benedictio tua.

Ant: Voce mea ad Dominum clamavi: & exaudivit me de monte ſancto ſuo.

℣. Gloria & honore coronâſti eum Domine.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

In ſecundo Nocturno, Antiphona.

Filii hominum ſcitote,

tote, quia Dominus Sanctum ſuum, mirificavit.

Pſalmus 4.

Cum invocarem, exaudivit me DEUS juſtitiæ meæ, * in tribulatione dilataſti mihi.

Miſerere mei, * & exaudi orationẽ meam.

Filii hominum uſquequò gravi corde: * ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et ſcitote, quoniã mirificavit Dominus ſanctum ſuum: * Dominus exaudiet me, cùm clamavero ad eũ

Iraſcimini, & nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.

Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, & ſperate in Domino: * multi dicunt: Quis oſtendit nobis bona?

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: * dediſti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti vini, & olei ſui: * multiplicati ſunt.

In pace in idipſum: * dormiam & requieſcam.

Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe: * conſtituiſti me.

Ant: Filii hominũ ſcitote, quia Dominus Sanctum ſuum mirificavit.

Ant: Scutô bonæ voluntatis tuæ coronâſti eum Domine.

Pſalmus 5.

VErba mea auribꝰ percipe Domine: * intellige clamorem meum.

Intende voci oratio nis meæ: *Rex meus & DEUS meus.

Quoniam ad te orabo: * Domine mane exaudies vocē meam.

Manè aſtabo tibi, & videbo: * quoniam nō DEUS volens iniquitatem tu es.

Neq; habitabit juxta te malignus: * neq; permanebunt injuſti ante oculos tuos.

Odiſti omnes, qui operantur iniquitatē: * perdes omnes, qui loquuntur mendaciū.

Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in juſtitia tua: * propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.

Quoniam non eſt in ore eorum veritas: * cor eorum vanum eſt

Sepulchrū patens eſt guttur eorū, linguîs ſuis doloſè agebant: * judica illos DEUS.

Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundùm multitudinem impietatum eorū expelle eos: * quoniā irritaverunt te Domine

Et lætentur omnes, qui ſperant in te: * in æter-

æternum exultabunt: & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligũt Nomen tuũ: * quoniã tu benedices justo.

Domine, ùt scutò bonæ voluntatis tuæ: * coronâsti nos.

Ant: Scutô bonæ voluntatis tuæ coronâsti eum Domine.

Ant: In universa terra gloria & honore coronâsti eum.

Psalmus 8.

DOmine Dominus noster: * quàm admirabile est Nomen tuum in universa terra.

Quoniam elevata est magnificentia tua: * super Cœlos.

Ex ore infantium & lactentium, perfecisti laudẽ propter inimicos tuos: * ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: * lunam & stellas, quæ tu fundâsti.

Quid est homo, quòd memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, gloriâ & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ej9: * oves & boves universas, insuper & pecora campi.

Volucres cæli, & pisces maris, * qui perambulant semitas maris

Domine Dominus noster: * quàm admi-

rabile eſt nomen tuũ in univerſa terra.

Ant: In univerſa terra gloria & honore coronâſti eum.

℣. Poſuiſti Domine ſuper caput ejus.

℟. Coronam de lapide pretioſo.

In tertio Noct: Ant: Juſtus Dominus, & juſtitiam dilexit: æquitatem vidit vultus ejus.

Pſalmus 10.

IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: * tranſmigra in montem ſicut paſſer?

Quoniam ecce peccatores intẽderunt arcum, paraverunt ſagittas ſuas in pharetra: * ut ſagittent in obſcuro rectos corde.

Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt:* juſtus autẽ quid fecit?

Dominus in templo ſancto ſuo: * Dominus in Cælo ſedes ejus.

Oculi ejus in pauperem reſpiciunt: * palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat juſtum & impium: * qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

Pluet ſuper peccatores laqueos: * ignis & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.

Quoniam juſtus Dominus, & juſtitias dilexit: * æquitatẽ vidit vultus ejus.

Ant: Juſtus Dominus, & juſtitiam dilexit;

xit; æquitatem vidit vultus ejus.

Ant: Habitabit in tabernaculo tuo: * requieſcet in monte ſancto tuo.

Pſalmus 14.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula: * & operatur juſtitiam.

Qui loquitur veritatem in corde ſuo: * qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malum: * & opprobrium non accepit adversùs proximos ſuos.

Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo ſuo, & non decipit: * qui pecuniam ſuam nō dedit ad uſuram, & munera ſuper innocentem nō accepit.

Qui facit hæc: * nō movebitur in æternũ.

Ant: Habitabit in tabernaculo tuo: * requieſcet in monte ſancto tuo.

Ant. Poſuiſti Domine ſuper caput ejus coronam de lapide pretioſo.

Pſalmus 20.

DOmine in virtute tua lætabitur Rex: * & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

Deſiderium cordis

ejus

ejus tribuisti ei: * & voluntate labiorũ ej9 non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis; * posuisti in capite ej9 coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit à te: * & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo: * gloriam & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eũ in benedictionem in sæculum sæculi: * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam Rex sperat in Domino: * & in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis: * dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos ùt clibanum ignis in tempore vultûs tui: * Domin9 in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes; * & semen eorum à filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala: * cogitaverunt consilia quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exal-

Exaltare Domine in virtute tua: * cantabimus & psallemus virtutes tuas.

Ant: Posuisti Domine super caput ejus coronam de lapide pretioso.

℣. Magna est gloria ejus in salutari tuo.

℟. Gloriam & magnum decorẽ impones super eum.

AD LAUDES

& per Horas, Ant:

Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. *Psalm:*

Dominus regnavit. *cum reliquis*

Ant: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, dicit Dominus.

Ant: Qui mihi ministrat, me sequatur; & ubi ego sum, illic sit & minister meus.

Ant: Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui est in cælis, dicit Dominus.

Ant: Volo Pater, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus.

Capitulum. *Jac: 1. b.*

Beatus Vir, qui suffert tentationẽ; quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit DEUS diligentibus se.

HYMNUS.

INvicte Martyr, unicum
Patris secutus Filium
Victis triumphas hostibûs, (*bûs.*
Victor fruens Cælesti-

Tui precatus munere, [lue,
Nostrum reatum di-
Arcens mali contagiũ,
Vitæ repellens tædium.
Soluta sunt jam vincula
Tui sacrati corporis;
Nos solve vinclis sæculi
Donô superni numinis.
DEO Patri sit gloria,
Ejusq; soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

℣. Justus ùt palma florebit.

℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Benedictus, Ant: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

Pro Martyre & Pont:
Oratio.

INfirmitatem nostrã respice Omnipotẽs DEUS, & quia pondꝰ propriæ actionis gravat, B. N. Martyris tui atq; Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dom.

Alia Oratio.

DEUS, qui nos Beati N. Martyris tui atq; Pontificis annua solemnitate lætificas, concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejusdẽ etiam protectione gaudeamus. Per Dom.

Pro Martyre tantùm.
Oratio.

PRæsta quæsumus, Omnipotens DEUS ut qui B. N. Martyris tui natalitia colimus,

mus, interceſſione ejus in tui Nominis amore roboremur. Per Dominum:

Alia Oratio.

PRæſta, quæſumus, Omnipotẽs DEUS, ut intercedente Beato N. Martyre tuo, & à cunctis adverſitatibus liberemur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente. Per D.

Ad Tertiam, Antiph: Qui ſequitur me. *Capitulum.* Beatus Vir.

℟. *br:* Gloria & honore: * coronâſti eũ Domine.

Gloria & honore.

℣. Et conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum. Coronâſti.

Gloria Patri.

Gloria & honore.

Poſuiſti Domine ſuper caput ejus.

℟. Coronam de lapide pretioſo.

Ad Sextam, Antiph: Qui mihi miniſtrat.

Capitulum. *Eccl: 1. 5.*

Cibavit illum pane vitæ & intellectûs, & aquâ ſapientiæ ſalutaris potavit illum Dominus DEUS noſter.

℟. *br:* Poſuiſti Domine: * ſuper caput ejus. Poſuiſti.

℣. Coronam de lapide pretioſo. Super.

Gloria Patri. Poſuiſti.

℣. Magna eſt gloria ejus in ſalutari tuo.

℟. Gloriam & magnum decorem impones ſuper eum.

Ad Nonam, Antiph: Volo Pater.

Capitulum. *Eccl: 39.*

Justus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominũ, qui fecit illum, & in cõspectu Altissimi deprecabitur.

℟. *br.* Magna est gloria ejus: * in salutari tuo. Magna.

℣. Gloriam, & magnum decorem impones super eum. In salutari.

Gloria. Magna est:

℣. Justus ut palma florebit.

℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Vesperas, Antiph:

Qui me confessus. *cum reliq: de Laud: Psal:* Dixit Dominus: *cum reliq: de Dom: locò ultimi. Psalm:* Credidi. *Capit:* Beatus Vir.

Hym: DEUS tuorum militum.

℣. Justus ut palma florebit

℟. Sicut cedrus Libani multiplicab tur.

Ad Magnificat. Antiphona.

Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, & sequatur me.

COMMUNE

Martyrum temp: Pasch:

Ad Vesperas, Antiphona.

Sancti tui Domine. *cum reliquis de Laud.*

Psalm: Dixit Dominus. *cũ reliq: de Dom: & loco ult. Psalm:* Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. *Sap: 5.*

Stabunt justi in magna constantia adversùs eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum.

HYMNUS

Pro uno Martyre.

D*EUS tuorum militum*
Sors, & corona, præmium, (*tyris,*
Laudes canentes Mar-
Absolve nexu criminis.

Hic

Hic nempe mundi gaudia,
Et blanda fraudum pabula,
Imbuta felle deputans
Pervenit ad Cælestia.
Pœnas cucurrit fortiter,
Et sustulit viriliter,
Fundensq; pro te sanguinem,
Æterna dona possidet.
Ob hoc precatu supplici
Te poscimus piissime,
In hoc triumpho Martyris,
Dimitte noxam servulis.
DEO Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sempiterna sæcula.
Amen.

Pro pluribus Martyribus dicitur.

HYMNUS.

R*Ex gloriose Martyrum,*
Corona confitentium,
Qui respuentes terrea
Perducis ad Cælestia.
Aurem benignam protinus,
Intende nostris vocibus;
Trophæa sacra pangimus:
Ignosce, quod deliquimus.
Tu vincis inter Martyres,
Parcisq; Confessoribus
Tu vince nostra crimina,
Largitor indulgentiæ.
DEO Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sempiterna sæcula.
Amen.

℣. Sancti & justi in Domino gaudete. Al:
℟. Vos elegit DEUS in hæreditatem sibi.

bi. Alleluja.

Ad Magnificat, Ant: Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas tēporum. Alleluja.

Ad Matutinum Invitatoriū. Exultent in Domino Sancti. * Alleluja. *Psal:* Venite exultemus.

Hymnus pro uno Martyre. DEUS tuorum militum. *ut supra.*

Pro plur: Martyribus.

HYMNUS.

Cristo profusum sanguinem,
Et Martyrum victorias,
Dignamq; Cælo laureā
Lætîs sequamur vocibꝰ
Terrore victo seculi,
Pœnîsq; spretîs corporis,
Mortis sacræ compendiô,
Vitam beatā possident.
Traduntur igni Martyres,
Et bestiarum dentibus:
Armata sævit ungulis
Tortoris insani manꝰ.
Nudata pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur.
Sed permanent immobiles,
Vitæ perennis gratia.
Te nunc Redemptor quæsumus,
Ut Martyrum consortio
Jungas precantes servulos.
In sempiterna sæcula. Amen.

In Primo Noct. Ant. Stabunt justi in magna constantia adversùs eos, qui se angustiaverunt. Alleluja.

Sub una tantum Antiph: dicuntur Psalmi cujuslibet Noct: Psalmi pro uno & pluribus Martyribus.

Beatus Vir. Quare fremuerunt. Domine quid multiplicati sunt.

℣.

℣. Sancti & justi in Domino gaudete. Al:

℟. Vos elegit DEUS in hæreditatem sibi. Alleluja.

In secundo Noct: Ant. Ecce quomodo cō putati sunt inter filios DEI, & inter Sanctos sors illorum est. Alleluja.

Pro Martyre Psalmi. Cùm invocarem. Verba mea. Domine Dominus noster.

Pro plur: Martyribus: *Psalmi:* Domine, quis habitabit. Conserva. Domini est terra.

℣. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine. Alleluja.

℟. Et æternitas temporum. Alleluja.

In tertio Noct: Ant. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporum. Allel.

Psalmi pro Martyre. In Domino confido. Domine, quis habitabit. Domine in virtute tua.

Pro plur: Martyrib9. *Psalm:* Exultate justi Benedicam Dominum. DEUS noster refugium. *ut supra*

℣. Lætitia sempiterna super capita eorum. Alleluja.

℟. Gaudium & exultationem obtinebunt. Alleluja.

Ad LAUDES

& per Horas, Antiph.

SAncti tui Domine florebunt sicut lilium, allel: & sicut odor balsami erunt ante te. Allel.

Psalm: Dominus regnavit. *cum reliq.*

Ant: In cœlestibus

Regnis

Regnis Sanctorũ habitatio est, alleluja. & in æternum requies eorum. Alleluja.

Ant: In velamento clamabant Sancti tui Domine. Allel: allel:

Ant: Spiritus & animæ justorum hymnũ dicite DEO nostro. Alleluja, allel.

Ant: Fulgebunt justi sicut sol in conspectu DEI. Allel.

Capitulum. *Sap:* 5.

Stabunt justi in magna constantia adversùs eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerũt labores eorũ

HYMNUS.

Pro uno Martyre.

INvicte Martyr unicum
Patris secutus Filium,
Victis triumphas hostibus,
Victor fruens cælestibꝰ.
Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue:
Arcens mali contagiũ,
Vitæ repellens tædium.
Soluta sunt jam vincula
Tui sacrati Corporis;
Nos solve vinclis sæculi,
Donô superni Numinis.
DEO Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sempiterna sæcula.
Amen.

Pro pluribus Mart.

Rex gloriose Martyrum. *ut supra.*

℣. Pretiosa in conspectu Domini. All:

℟. Mors Sanctorum ejus. Alleluja.

Ad Benedictus Antiph.

Filiæ Jerusalem, venite,

nite & videte Martyres cũ coronis, quib9 coronavit eos Dominus in die solemnitatis & lætitiæ. All: all.

Ad Tertiam, Antiph: In cælestibus regnis.

Capitulum. Stabunt justi. *ut supra.*

℟. *br:* Sancti & justi in Domino gaudete: * Alleluja, allel: Sancti & justi.

℣. Vos elegit DEUS in hæreditatem sibi. Alleluja, allel.

Gloria Patri. Sancti & justi.

℣. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine. Alleluja.

℟. Et æternitas tẽporum. Allel.

Ad Sextam, Antiph. In velamento.

Capitulum. *Sap. 5.* Ecce quomodo cõputati sunt inter filios DEI, & inter Sanctos sors illorum est.

℟. *br.* Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, * Allel: allel. Lux perpetua.

℣. Et æternitas tẽporum. Allel: allel.

Gloria Patri. Lux perpetua.

℣. Lætitia sempiterna super capita eorum. Alleluja.

℟. Gaudium & exultationem obtinebunt. Alleluja.

Ad Nonam, Antiph: Fulgebunt justi.

Capitulum. *Rom: 8. c.* Scimus quoniam diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum, iis, qui secũdùm propositum vocati

cati sunt Sancti.

℟. *br.* Lætitia sempiterna super capita eorum. * Alleluja alleluja. Lætitia.

℣. Gaudium & exultationem obtinebunt. All: l: all: l. Gloria Patri. Lætitia

℣. Pretiosa in conspectu Domini. Allel.

℟. Mors Sanctorum ejus. Alleluja.

Ad Vesperas, Antiph. Sancti tui Domine. *cũ reliquis ut supra in Laud: Psal:* Dixit Dominus. *cũ reliq: de Dom: & locò ult: Psalm:* Credidi. *Capitulum.* Stabunt justi.

HYMNUS.

Pro uno Martyre. Deus tuorum militũ.

Pro pluribus Mart. Rex gloriose Martyrum, *ut supra.*

℣. Pretiosa in conspectu Domini. Allel:

℟. Mors Sanctorum ejus. Alleluja.

Ad Magnificat, Ant. Sancti & justi in Domino gaudete, Allel. Vos elegit DEUS in hæreditatem sibi. Al.

COMMUNE

Plurim. Martyr. extra temp: Pasch:

Ad Vesperas, Antiph. Omnes Sancti. *cũ reliq: de Laud. Psalm* Dixit Dominus. *cum reliq: de Dom: & locò ultimi. Psal.* Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. *Sap.* 3.

Justorum animæ in manu DEI sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

HYMNUS.

SAnctorum meritis inclyta gaudia

Pangamus socii, gesta
que fortia;
Gliscens fert animus,
promere cantibûs
Victorum genus opti-
mum.
Hi sunt, quos fatuè
mundus abhorruit;
Hunc fructu vacuum,
floribus aridum,
Contempsêre tui nomi
nis asseclæ.
JESU Rex bone Cæ
litum,
Hi pro te furias atq;
minas truces
Calcarunt hominum,
sævaq; verbera.
His cessit lacerans
fortiter ungula,
Nec carpsit penetralia.
Cæduntur gladiis mo
re bidentium:
Non murmur resonat,
non querimonia,
Sed corde impavido
mens benè conscia,
Conservat patientiam.
Quæ vox, quæ poterit
lingua retexere?
Quæ tu Martyribus
munera præparas:
Rubri nam fluido San-
guine fulgidis.
tingunt tempora lau-
reis,
Te summa o Deitas,
unaq; poscimus;
Ut culpas abigas, no-
xia subtrahas,
Des pacem famulis, ut
tibi gloriam,
Annorum in seriem ca-
nant. Amen.

℣. Lætamini in Domino, & exultate justi
℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Ad Magnificat. Ant.
Istorum est enim regnum Cælorum, qui contempserunt vitã mundi, & pervenerũt

D ad

ad præmia regni, & laverunt ſtolas ſuas in Sanguine Agni.

Pro plur. Mart. Pont.

Oratio.

BEatorum Martyrũ paritèrq; Pontificum N. & N. nos, quæſumus Domine, feſta tueantur; & eorum commẽdet oratio veneranda. Per Dom.

Si non fuerint Pontifices. Oratio.

DEUS, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum N. & N. natalitia colere; da nobis in æterna beatitudine de eorũ ſocietate gaudere. Per:

Alia Oratio.

DEUS, qui nos annuâ SS. Martyrũ tuorum N & N. ſolẽnitate lætificas: concede propitius; ut, quorũ gaudemus meritis, accendamur exemplîs. Per Dom.

Ad Matut: Invitator:

Regem Martyrum Dominum: * Venite adoremus. *Pſal:* Venite exultemus.

HYMNUS.

CHriſto profuſum Sangvinem,
Et Martyrũ victorias,
Dignamq; Cælô laureã
Lætîs ſequamur vocib9
Terrore victo ſæculi,
Pœnisq; ſpretîs corporis, [diô
Mortis ſacræ compendiô
Vitam beatam poſſidẽt.
Traduntur igni Martyres,
Et beſtiarum dentibus,
Armata ſævit ungulis;
Tortoris inſani manu9.
Nudata pendẽt viſcera;

San-

Sanguis ſacratus funditur;
Sed permanent immobiles
Vitæ perennis gratia.
Te nunc Redemptor quæſumus,
Ut Martyrum conſortio,
Jungas precantes ſervulos
In ſempiterna ſæcula.
Amen.

In primo Noct: Antiph. Secus decurſus aquarum plantavit vineam juſtorum, & in lege Domini fuit voluntas eorum.

Pſalmi Beatus Vir. *ut in Com: unius Mart.*

Ant: Tanquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quaſi holocauſta accepit eos in æternum.

Ant: Si coram hominibus tormēta paſſi ſunt, ſpes electorū eſt immortalis in æternum.

℣. Lætamini in Domino, & exultate juſti

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

In ſecundo Noct. Ant. Dabo Sanctis meis locum nominatum in Regno Patris mei; dicit Dominus.

Pſalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula: * & operatur juſtitiam.

Qui loquitur veritatem in corde ſuo: * qui non egit dolum in lingva ſua.

Nec fecit proximo

ſuo malum: * & opprobrium non accepit adversùs proximos ſuos.

Ad nihilum deductus eſt in cōſpectu ejus malignus: * timētes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo ſuo, & non decipit: * qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & munera ſuper innocentem nō accepit.

Qui facit hæc: * non movebitur in æternum.

Ant. Dabo Sanctis meis locum nominatum in regno Patris mei, dicit Dominus.

Ant: Sanctis, qui in terra ſunt ejus, mirificavit omnes voluntates meas inter illos.

Pſalmus 15.

Conſerva me Domine, quoniā ſperavi in te: * dixi Domino: DEUS meus es tu, quoniam bonorū meorum non eges.

Sanctis, qui ſunt in terra ejus: * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sūt infirmitates eorū: * poſtea acceleraverunt.

Nō congregabo conventicula eorum de ſanguinibus: * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: * tu es, qui reſtitues hæreditatē meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: * e-

tenim

tenim hæreditas mea præclara eſt mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum:* inſuper & usq; ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominũ in conſpectu meo ſemper: * quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear.

Propter hoc lætatũ eſt cor meum, & exultavit lingua mea: * inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: * nec dabis Sanctum tuum videre corruptionẽ.

Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitiâ cum vultu tuo: * delectationes in dexſtra tua usq; in finem.

Ant: Sanctis, qui in terra ſunt ejus, mirificavit omnes voluntates meas inter illos.

Ant: Sancti, qui ſperant in Domino, habebunt fortitudinẽ, aſſument pennas ùt aquilæ, volabunt, & non deficient.

Pſalmus 23.

Domini eſt terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum & univerſi, qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundavit eum: * & ſuper flumina præparavit eum.

Quis aſcendet in montẽ Domini? * aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?

In

Innocens manibûs, & mundo corde: * qui nō accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo

Hic accipiet benedictionem à Domino: * & misericordiam à DEO Salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: * quærentium Faciem DEI Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Ant: Sancti, qui sperant in Domino, habebunt fortitudinē, assument pennas ùt aquilæ, volabunt, & non deficient.

℣. Exultent justi in conspectu DEI.

℟. Et delectentur in lætitia.

In tertio Noct: Ant. Justi autem in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum.

Psalmus 32.

Exultate justi in Domino: * rectos decet collaudatio.

Confitemini Domino in cithara: * in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticū

novum:

novum: * benè pſallite ei in vociferatione.

Quia rectum eſt verbum Domini: * & omnia opera ejus in fide.

Diligit miſericordiã & judicium: * miſericordia Domini plena eſt terra.

Verbo Domini Cœli firmati ſunt: * & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Congregans ſicut in utre aquas maris: * ponens in theſauris abyſſos.

Timeat Dominũ omnis terra: * ab eo autẽ cõmoveantur omnes inhabitantes orbẽ

Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: * ipſe mandavit, & creata ſunt.

Dominus diſſipat conſilia gentiũ: * reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum.

Conſilium autẽ Domini in æternum manet: * cogitationes cordis ejus in generationem & generationem.

Beata gens, cujus eſt Dominus Deus ejus: * populus, quẽ elegit in hæreditatem ſibi.

De cælo reſpexit Dominus: * vidit omnes filios hominum.

De præparato habitaculo ſuo: * reſpexit ſuper omnes, qui habitant terram.

Qui finxit ſingillatim corda eorum: * qui intelligit omnia ope-

ra eorum.

Non ſalvatur Rex per multam virtutẽ: * & gigas non ſalvabitur in multitudine virtutis ſuæ.

Fallax equus ad ſalutem, * in abundantia autem virtutis ſuæ non ſalvabitur.

Ecce oculi Domini ſuper metuentes eũ: * & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus.

Ut eruat à morte animas eorum: * & alat eos in fame.

Anima noſtra ſuſtinet Dominum: * quoniam adjutor & protector noſter eſt.

Quia in eo lætabitur cor noſtrum: * & in Nomine ſancto ejus ſperavimus.

Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: * quemadmodum ſperavimus in te.

Ant: Juſti âutem in perpetuum vivent, & apud Dominum eſt merces eorum.

Ant: Tradiderunt corpora ſua in mortem nè ſervirent idolis, ideò coronati poſſident palmam.

Pſalmus 33.

BEnedicam Dominum in omni tẽpore, * ſemper laus ejus in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea; * audiant manſueti, & lætentur.

Magnificate Dominum mecum; * & exaltemus Nomen ejus in id ipſum.

Exqui-

Exquiſivi Dominũ, & exaudivit me; * & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: * & facies veſtræ nõ confundentur.

Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum: * & de omnibus tribulationibus ejus ſalvavit eũ.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: * & eripiet eos.

Guſtate & videte, quoniam ſvavis eſt Dominus: * beatus vir qui ſperat in eo.

Timete Dominum omnes Sancti ejus: * quoniam non eſt inopia timentibus eum.

Divites eguerunt & eſurierunt: * inquirẽtes autem Dominum non minuentur omni bono.

Venite filii, audite me; * timorem Domini docebo vos.

Quis eſt homo, qui vult vitam: * diligit dies videre bonos?

Prohibe linguã tuam à malo: * & labia tua ne loquãtur dolũ.

Diverte à malo, & fac bonum: * inquire pacem, & perſequere eam.

Oculi Domini ſuper juſtos: * & aures ejus in preces eorum.

Vultus autẽ Domini ſuper facientes mala: * ut perdat de terra memoriam eorũ.

Clamaverunt juſti,

& Dominus exaudivit eos: * & ex omnibus tribulationibus eorũ liberavit eos.

Juxtà est Dominus iis, qui tribulato sunt corde: * & humiles spiritu salvabit.

Multæ tribulationes justorum: * & de omnibus his liberabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum: * unum ex his nõ conteretur.

Mors peccatorum pessima: * & qui oderunt justũ, delinquẽt.

Redimet Dominus animas servorum suorum: * & non delinquent omnes, qui sperant in eo.

Ant: Tradiderunt corpora sua in mortem, ne servirent idolis; ideò coronati possident palmam.

Ant: Ecce merces Sanctorum copiosa est apud DEUM; ipsi verò mortui sunt pro Christo, & vivent in æternum.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium & virtus: * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus, dum turbabitur terra: * & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorũ: * conturbati sunt montes in fortitudine ejꝰ.

Fluminis impetus lætificat civitatẽ DEI: * sancti-

ſanctificavit tabernaculum ſuũ Altiſſimus.

DEUS in medio ejꝰ, non commovebitur: * adjuvabit eam DEUS mane diluculô.

Cõturbatæ ſunt Gentes, & inclinata ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dominus virtutum nobiſcum: * ſuſceptor noſter DEUS Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: * auferens bella uſq; ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: * & ſcuta comburet igni.

Vacate, & videte, quoniam ego ſum DEUS: * exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiſcum: * ſuſceptor noſter DEUS Jacob.

Ant: Ecce merces Sanctorũ copioſa eſt apud DEUM: * ipſi verò mortui ſunt pro Chriſto, & vivent in æternum.

℣. Juſti autem in perpetuum vivent.

℟. Et apud Dominũ eſt merces eorum.

Ad LAUDES & per Horas. Antiph.

Omnes Sancti quanta paſſi ſunt tormenta! ut ſecuri pervenirent ad palmam Martyrii.

Pſalm: Dominus regnavit: *cum reliq.*

Ant: Cum palma ad regna pervenerunt Sancti, coronas decoris meruerunt de manu DEI.

Ant.

Ant: Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt: & vivent Nomina eorum in æternum.

Ant: Martyres Domini Dominum benedicite in æternum.

Ant: Martyrũ Chorus laudate Dominum de cælis. Allel.

Capitulum. *Sap:* 33.

Justorum animæ in Manu DEI sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori; illi autem sunt in pace.

HYMNUS.

R*Ex gloriose Martyrum,*
Corona confitentium, *&c.* ut supra. p. 43.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

Ad Benedictus, Ant.

Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multîs passeribûs meliores estis vos.

Pro plur: Martyribus Pontif. Oratio.

BEatorum Martyrum paritérq; Põtificum N. & N. nos quæsumus Domine, festa tueantur; & eorum commendet oratio veneranda. Per D.

Si non fuerint Pontifices. Oratio.

DEUS, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum N. & N. natalitia colere, da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per:

Alia

Alia Oratio.

DEUS, qui nos annua Sanctorum Martyrum tuorum N. & N. ſolemnitate læti ficas, concede propitius; ut, quorum gaudemus meritîs, accẽdamur exemplîs. Per Dominum:

Ad Tertiam, Antiph. Cum palma. *Capitul:* Juſtorum animæ.

℟. *br:* Lætámini in Domino: * Et exultate juſti. Lætamini.

℣. Et gloriamini omnes recti corde.

Et exultate. Gloria Patri. Lætamini.

℣. Exultent juſti in conſpectu DEI.

℟. Et delectentur in lætitia.

Ad Sextam, Antiph. Corpora Sanctorum.

Capitulum. *Sap: 10. c.*

Reddidit DEUS mercedem laborum Sanctorum ſuorum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum nocte.

℟. *br.* Exultent juſti: * In conſpectu DEI. Exultent juſti.

℣. Et delectentur in lætitia. In conſpectu. Gloria Patri. Exultẽt.

℣. Juſti autem in perpetuum vivunt.

℟. Et apud Dominũ eſt merces eorum.

Ad Nonam, Antiph. Martyrum chorus.

Capitulum. *Sap: 3.*

Fulgebunt juſti, & tanquã ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Judicabunt nationes, & dominabuntur popu-

populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

℟. *br.* Jufti autem: * In perpetuum vivent. Jufti.

℣. Et apud Dominum eft merces eorum. In perpetuum. Gloria Patri. Jufti autem.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus fuis.

Ad Vefperas, Antiph. Ifti funt Sancti, qui pro teftamento DEI fua corpora tradiderunt, & in Sangvine Agni laverunt ftolas fuas.

Pfalmus: Dixit Dominus.

Ant: Sancti per fidē vicerunt regna, operati funt juftitiam, adepti funt repromiffiones. Cōfitebor tibi.

Ant: Sanctorum, velut aquilæ, juventus renovabitur; florebunt ficut lilium in civitate Domini. Beatus Vir.

Ant. Abfterget DEUS omnem lacrymā ab oculis Sanctorum; & jā non erit ampliùs neq; luctus, neq; clamor, fed nec ullus dolor; quoniam priora tranfierunt. Laudate pueri.

Ant. In cœleftibus regnis Sanctorum habitatio eft, & in æternum requies eorum.

Pfalmus. Credidi.

Capitulum & Hymnus ùt in 1. Vefperis.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Ad Magnificat, Ant.

Gaudent in cœlis animæ Sanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti: & quia pro ejus amore ſangvinem ſuum fuderunt, ideò cum Chriſto exultāt ſine fine.

COMMUNE

Confeſſoris Pontificis.

Ad Veſperas, Antiph.

Ecce Sacerdos magnus. *cum reliquis de Laudibus.*

Pſalmus. Dixit Dominus. *cum reliq. de Dominica, & locò ultimi. Pſalmus.*

Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitul: *Eccl: 44 c.*

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit DEO, & invētus eſt juſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt recōciliatio.

HYMNUS.

Iſte Confeſſor Domini, colentes
Quem piè laudant populi per orbem;
Hâc die lætus meruit beatas
Scandere ſedes.

Si non eſt dies obitûs.

Hâc die lœtus meruit ſupremos
Laudis honores.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobriam duxit ſine labe vitam,
Donec humanos animavit auræ
Spiritus artus.

Cujus ob præſtans meritum frequenter
Ægra quæ paſſim jacuêre membra,

Vi-

Viribûs morbi domitîs, saluti
Restituuntur.
Noster hinc illi chorus obsequentem
Concinit laudem, celebresq; palmas;
Ut piîs ejus precibûs juvemur
Omne per ævum.
Sit salus illi, decus, atq; virtus,
Qui super cœli solio coruscans,
Totius mundi seriem gubernat,
Trinus & unus. A.

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eũ
℟. Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat, Ant. Sacerdos & Pontifex, & virtutum opifex, Pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

Pro Doctoribus in utrisq; Vesperis.

Ad Magnificat, Ant. O Doctor optime! Ecclesiæ sanctæ lumẽ, Beate N. divinæ legis amator, deprecare pro nobis Filium DEI.

Oratio.

DA, quæsumus, Omnipotẽs DEUS, ut Beati N. Confessoris tui atq; Pontificis venerãda solemnitas, & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

Alia Oratio.

EXaudi, quæsumus, Domine preces nostras, quas in B. N. Confessoris tui atq; Pontificis solemnitate deferimus; & qui tibi dignè meruit famulari, ejus intercedenti-

dentibus meritîs, ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dom.

Ad Matut. Invitator.

Regẽ Confessorum Dominum * Venite adoremus.

Psalmus Venite exultemus. *Hymnus.* Iste Confessor.

In primo Noct. Ant.

Beatus Vir, qui in lege Domini meditatur; voluntas ejꝰ permanet die ac nocte, & omnia, quæcunq; faciet, semper prosperabuntur.

BEatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum nõ stetit; * & in cathedra pestilentiæ non sedit.

Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursꝰ aquarum: * quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et folium ejus non defluet: * & omnia, quæcunq; faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic: * sed tanquã pulvis, quẽ projicit ventus à facie terræ.

Ideò non resurgent impii in judicio: * neq; peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viã justorum: * & iter impiorum peribit.

Ant. Beatus Vir, qui in lege Domini meditatur;

tatur; voluntas ejus permanet die ac noćte, & omnia, quæ cunq; faciet, semper prosperabuntur.

Ant. Beatus istę Sanćtus, qui confisus est in Domino; prædicavit præceptum Domini, constitutus est in monte sanćto ejus.

Psalmus 2.

QUare fremuerunt Gentes: * & populi meditati sunt inania?

Adstiterunt Reges terræ, & principes cō venerunt in unum: * adversùs Dominum, & adversùs Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum: * & projiciamus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis, irridebit eos: * & Dominus subsānabit eos

Tunc loquetur ad eos in ira sua: * & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab éo super Sion montē sanćtum ejus: * prædicās præceptum ejus.

Dominus dixit ad me: * filius meus es tu ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam: * & possessionem tuā terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea: * & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc Reges intelligite: * erudimini,

qui

qui judicatis terram.

Servite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite diſciplinam, nè quando iraſcatur Dominus: * & pereatis de via juſta

Cùm exarſerit in brevi ira ejus: * beati omnes, qui confidunt in eo.

Ant. Beatus iſte Sanctus, qui confiſus eſt in Domino; prædicavit præceptum Domini, conſtitutus eſt in monte ſancto ejus.

Ant. Tu es gloria mea, tu es ſuſceptor meus Domine; tu exaltans caput meùm, & exaudiſti me de monte ſancto tuo.

Pſalmus 3.

Domine, quid multiplicati ſunt, qui tribulant me? multi inſurgunt adversùm me.

Multi dicunt animæ meæ: * non eſt ſalus ipſi in DEO ejus.

Tu autem Domine ſuſceptor meus es: * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce meâ ad Dominum clamavi: * & exaudivit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormivi, & ſoporatus ſum: * & exſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: * exurge Domine, ſalvum me fac DEUS meus.

Quoniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſinè cauſa: *

dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus: * & super populum tuum benedictio tua.

Ant. Tu es gloria mea, tu es susceptor meus Domine, tu exaltans caput meum; & exaudisti me de monte sancto tuo.

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum.

In secundo Noct: Ant.

Invocantē exaudivit Dominus Sanctum suum; Dominus exaudiuit eum, & constituit eum in pace.

Psalmus 4.

CUm invocarem, exaudivit me DEUS justitiæ meæ: * in tribulatione dilatâsti mihi.

Miserere mei: * & exaudi orationē meā.

Filii hominum usquequò gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et scitote, quoniam mirificavit Dominus Sanctum suum: * Dominus exaudiet me, cùm clamavero ad eū.

Irascimini, & nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris cōpungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domino: * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: * dedisti lætitiam in corde meo.

A

A fructu frumenti, vini, & olei sui: * multiplicati sunt.

In pace in id ipsum: * dormiam, & requiescam.

Quoniam tu Domine singulariter in spe: * constituisti me.

Ant. Invocantem exaudivit Dominus Sanctum suum: * Dominus exaudivit eum, & constituit eum in pace.

Ant. Lætentur omnes, qui sperant in te Domine; quoniam tu benedixisti justo, scutô bonæ voluntatis tuæ coronâsti eum.

Psalmus 5.

VErba mea auribꝰ percipe Domine: * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ: * Rex meꝰ, & DEUS meus.

Quoniam ad te orabo; * Domine, manè exaudies vocẽ meam.

Manè adstabo tibi, & videbo: * quoniam nõ DEUS volens iniquitatem tu es.

Neq; habitabit juxta te malignus: * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatẽ: * perdes omnes, qui loquuntur mẽdaciu.

Virum sangvinum & dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum

um in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est

Sepulchrum patens est guttur eorum, lingvis suis dolosè agebant: * judica illos DEUS.

Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinẽ impietatum eorum expelle eos: * quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te, in æternum exultabunt; * & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt Nomẽ tuum: * quoniã tu benedices justo.

Domine ut scutô bonæ voluntatis tuæ: * coronâsti nos.

Ant: Lætentur omnes, qui sperant in te Domine; quoniam tu benedixisti justo, scutô bonæ voluntatis tuæ coronâsti eum.

Ant. Domine Dominus noster, quàm admirabile est Nomẽ tuum in universa terra! quia gloria & honore coronâsti Sanctũ tuum; & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Psalmus 8.

DOmine Dominus noster: * quàm admirabile est Nomen tuum in universa terra.

Quo-

Quoniam elevata est magnificentia tua: * super Cœlos.

Ex ore infantium & lactentium, perfecisti laudē propter inimicos tuos: * ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: * lunam & stellas, quæ tu fundâsti.

Quid est homo, quòd memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, gloriâ & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ej9: * oves & boves universas, insuper & pecora campi.

Volucres cæli, & pisces maris, * qui perābulant semitas maris

Domine Dominus noster: * quàm admirabile est nomen tuū in universa terra.

Ant. Domine Dominus noster, quàm admirabile est Nomē tuum in universa terra! quia gloria & honore coronâsti Sanctū tuum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

℣. Elegit eum Dominus Sacerdotē sibi.

℟. Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

In Tertio Noct: Ant. Domine, iste Sanct9 habitabit in tabernaculo tuo, operatus est justitiam, requiescet in monte sancto tuo.

Psal-

Psalmus 14.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: * & operatur justitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: * & opprobrium non accepit adversùs proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo suo, & non decipit: * qui pecuniam suam nō dedit ad usuram, & munera super innocentem nō accepit.

Qui facit hæc: * nō movebitur in æternū

Ant: Domine, iste Sanctus habitabit in tabernaculo tuo, operatus est justitiam, requiescet in monte sancto tuo.

Ant: Vitam petiit à te, & tribuisti ei Domine; gloriam & magnum decorē imposuisti super eum; posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Psalmus 20.

DOmine in virtute tua lætabitur Rex: * & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis

ejus

ejus tribuisti ei: * & voluntate labiorũ ej9 non fraudasti eum.

Quoniam præveni-sti eum in benedictio nibus dulcedinis: * posuisti in capite ej9 coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit à te: * & tribuisti ei longitu dinem dierum in sæ culum, & in sæcu-lum sæculi.

Magna est gloria e jus in salutari tuo: * gloriam & magnum decorem impones su-per eum.

Quoniam dabis eũ in benedictionem in sæculum sæculi: * læti-ficabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam Rex spe-rat in Domino: * & in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimi-cis tuis: * dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos ùt cliba-num ignis in tempore vultûs tui: * Domin9 in ira sua conturbabit eos, & devorabit e-os ignis.

Fructum eorum de terra perdes; * & se-men eorum à filiis hominum.

Quoniam declina-verunt in te mala: * cogitaverunt consilia quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis præparabis vul-tum eorum.

Exal-

Exaltare Domine in virtute tua: * cantabimus & psallemus virtutes tuas.

Ant: Vitam petiit à te, & tribuisti ei Domine; gloriam, & magnum decorē imposuisti super eum; posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Ant. Hic accipiet benedictionem à Domino, à DEO Salutari suo; quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montē Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibûs, & mundo corde: * qui nō accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: * & misericordiam à DEO Salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: * quærentium faciem DEI Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ?

riæ? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Ant: Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiã à DEO Salutari suo: * quia hæc est generatio quærentium Dominum.

℣. Tu es Sacerdos in æternum.

℞. Secundùm ordinem Melchisedech.

Ad LAUDES & per Horas Antiph:

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit DEO, & inventus est justus.

Psalmus. Dominus regnavit. *cum reliq.*

Ant. Non est inventus similis illi, qui conservaret legẽ excelsi.

Ant. Ideò jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam.

Ant. Sacerdotes DEI benedicite Dominũ, servi Domini hymnũ dicite DEO. Allel.

Ant. Serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.

Capitulum. *Eccl. 44.*

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit DEO, & inventus est justus; & in tempore iracundiæ factus est recõciliatio.

HYMNUS.

JESU Redemptor omnium,
Perpes corona Præsulum,

In

In hac die clementiùs,
Indulgeas præcantibꝰ.
Tui sacri quâ No-
minis (it,
Confessor almus claru-
Hujus celebrat annua
Devota plebs solemnia.
Qui ritè mundi gau-
dia
Hujus caduca respuẽs,
Æternitatis præmiô
Potitur inter Angelos.
Hujus benignus an-
nue
Nobis sequi vestigia;
Hujus precatu servulis
Dimitte noxã criminis
Sit Christe Rex pi-
issime
Tibi, Patriq; gloria,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne sæ
culum. Amen.

℣. Justũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et ostendit illi regnum DEI.

Ad Benedictus. Ant.

Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus.

Oratio.

DA, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut B. N. Confessoris tui atq; Pontificis venerãda solemnitas, & devotionem nobis augeat & salutẽ. Per D.

Alia Oratio.

EXaudi, quæsumꝰ, Domine preces nostras, quas in Beati N. Confessoris tui atq; Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari ejus intercedentibûs meritîs ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dom.

Ad

Ad Tertiam. Antiph. Non eſt inventus.
Capit: Ecce Sacerdos magnus. *ut ſupra.*
℟. *br.* Amavit eum Dominus: * Et ornavit eum. Amavit.
℟. Stolam gloriæ induit eum. Et ornavit. Gloria Patri. Amavit.
℟. Elegit eum Dominus Sacerdotẽ ſibi.
℟. Ad ſacrificandũ ei hoſtiam laudis.
Ad Nonam, Antiph. Ideò jurejurando.
Capitul: *Eccl: 44. c.*
Non eſt inventus ſimilis illi, qui con ſervaret legẽ Excelſi; ideò jurejurãdo fecit illum Dominus creſcere in plebem ſuam.
℟. *br.* Elegit eum Dominus; * Sacerdotem ſibi. Elegit.
℣. Ad ſacrificandũ ei hoſtiam laudis. Sacerdotem. Gloria Patri. Elegit.
℣. Tu es Sacerdos in æternum.
℟. Secundùm ordinem Melchiſedech.
Ad Nonam, Antiph. Serve bone.
Capitul: *Eccl: 45. e.*
Fungi ſacerdotio, & habere laudem in nomine ipſius, & offerre illi incenſum dignũ in odorem ſvavitatis.
℟. *br.* Tu es Sacerdos; * In æternum. Tu es.
℣. Secundùm ordinem Melchiſedech. In æternum. Gloria Patri. Tu es.
℣. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et

℟. Et oſtendit illi regnum DEI.

Ad Veſperas, Antiph. Ecce Sacerdos magnus. *cum reliqu: de Laud. Pſalmus.* Dixit Dominus. *cum reliq: de Domin: & locò ult. Pſal:* Memento Domine David. *Capitul: & Hymnus, ut ſupr: in primis Veſperis.*

℣. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum DEI.

Ad Magnificat, Ant: Amavit eum Dominus, & ornavit eum; ſtolam gloriæ induit eum, & ad portas Paradiſi coronavit eum.

Sequens Ant: dicitur ad Magnif. in ſecundis Veſper. pro ſolis ſummis Pontificibus.

Ant: Dū eſſet ſummus Pontifex, terrena non metuit; ſed ad Cœleſtia regna glorioſus migravit.

COMMUNE
Confeſſoris nō Pont:

Ad Veſperas, Antiph. Domine, quinque talenta. *ut infra, Ad Laudes. Pſalmus.* Dixit Dominus. *cum reliq: de Domin: & locò ult: Pſalmus.* Laudate Dominum omnes Gentes.

Capitulum. *Eccl: 31.*

BEatus Vir, qui inventus eſt ſine macula: & qui poſt aurū nō abiit, nec ſperavit in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eū? fecit enim mirabilia in vita ſua.

Hymn: Iſte Confeſ- ſor

ſor Domini, *ut in Cõmuni Conf: Pont.*

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eũ.

Ad Magnificat, Ant. Similabo eum Viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſupra petram.

Oratio.

DEUS, qui nos B. N. Confeſſoris tui annua ſolemnitate lætificas, concede propitius, ut cujus natali tia colimus, etiã actiones imitemur. Per D

Alia Oratio.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, quas in Beati N. Confeſſoris tui ſolemnitate deferimus: ut, qui noſtræ juſtitiæ fiduciam nõ habemꝰ, ejus, qui tibi placuit, precibûs adjuvemur. Per Dominum.

Si fuerit Abbas,

Oratio.

Interceſſio nos, quæſumus Domine, B. N. Abbatis commendet: ùt, quod noſtrîs meritîs non valemus, ejus patrociniô aſſequamur. Per Dom.

Ad Matut: Invitator: Regẽ Confeſſorum Dominum: * Venite adoremus. *Pſal:* Venite exultemus. *Hymnus.* Iſte Confeſſor. *ut ſupra.*

In primo Noct. Ant. Beatus Vir, qui in lege Domini meditatur; voluntas ejus permanet die ac nocte, & omnia, quæcunq; faciet, ſemper proſperabuntur.

Pſalm.

Psalm: Beatus Vir, *cum reliq: ut in Comm: Conf. Pont.*

Ant: Beatus iste Sã ctus, qui confisus est in Domino, prædicavit præceptum Domini, constitutus est in monte sancto ejus.

Ant: Tu es Susceptor meus Domine, tu exaltãs caput meũ, & exaudisti me de monte sancto tuo.

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eũ

℟. Stolam gloriæ induit eum.

In secundo Noct: Ant. Invocantem exaudivit Dominus Sanctum suum, Dominus exaudivit eum, & constituit eum in pace.

Psalm: Cùm invocarem. *cum reliq: de Com: Conf. Pont.*

Ant. Lætentur omnes, qui sperant in te Domine: quoniam tu benedixisti justo, scutô bonæ voluntatis tuæ coronâsti eum.

Ant: Domine Dominus noster, quàm admirabile est Nomẽ tuum in universa terra! quia gloria & honore coronâsti Sanctum tuum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

℣. Os justi meditabitur sapientiam.

℟. Et lingua ejus loquetur judicium.

In Tertio Noct: Ant. Domine, iste Sanctꝰ habitabit in tabernaculo tuo; operatus est justitiam, requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus. Domine, quis

quis habitabit. *eum reliq. ut in Com: Conf. Pont.*

Ant: Vitam petiit à te, & tribuisti ei Domine: gloriam, & magnum decorē imposuisti super eum; posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Ant: Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiā à DEO Salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dominum.

℣. Lex DEI ejus in corde ipsius.

℟. Et nō supplantabuntur gressus ejus.

Ad LAUDES & per Horas, Antiph.

DOmine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sū.

Psalm: Dominus regnavit. *cum reliq.*

Ant: Euge serve bone, in modico fidelis, intra in gaudium Domini tui.

Ant: Fidelis servus & prudens, quem cōstituit Dominus super familiam suam.

Ant: Beatus ille servus, quem, cùm venerit Dominus ejus, & pulsaverit januā, invenerit vigilantem.

Ant. Serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.

Capitulum. *Eccl: 31.*

BEatus Vir, qui inventus est sinè macula, & qui post aurū nō abiit, nec speravit in pecuniæ thesauris.

Quis est hic, & laudabimus eũ? fecit enim mirabilia in vita sua.

HYMNUS.

JESU corona celsior,
Et veritas sublimior
Qui confitenti servulo
Reddis perẽne præmiũ.
Da supplicanti cætui,
Hujus rogatu, noxii
Remissionem criminis,
Rumpendo nexum vinculi.
Anni reverso tempore,
Dies refulsit lumine,
Quo Sanctus hic de corpore,
Migravit inter sidera.
Hic vana terræ gaudia,
Et luculenta prædia,
Polluta sorde deputans,
Ovans tenet cœlestia.
Te Christe Rex piissime
Hic confitendo jugiter,
Calcavit artes dæmonũ,
Sævumq; averni principem.
Virtute clarus, & fide,
Confessione sedulus,
Injuna membra deferens,
Dapes supernas obtinet.
Proindè te piissime
Precamur omnes supplices,
Nobis ut hujus gratiâ
Pœnas remittas debitas.
Patri perennis gloria,
Natoq; Patris unico,
Sanctoq; sit Paraclito,
Per omne semper sæculum. Amen.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et ostendit illi regnum DEI.

Ad Benedictus, Antiph Euge serve bone, & fide-

fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

Oratio.

DEUS, qui nos Beati N. Confessoris tui annua solemnitate lætificas, concede propitius; ut, cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dom.

Alia Oratio.

ADesto Domine supplicationibus nostris, quas in B. N. Confessoris tui solemnitate deferim9, ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habem9, ejus, qui tibi placuit, precibûs adjuvemur. Per Dominum.

Si fuerit Abbas Oratio

Intercessio nos, quæ sumus Domine, B. N. Abbatis commendet; ut, quod nostrîs meritîs non valemus, ejus patrociniô assequamur. Per Dom.

Ad Tertiam, Antiph: Euge serve bone.

Capitulum. Beatus vir, qui inventus est.

℞. *br.* Amavit eum Dominus: * Et ornavit eum. Amavit.

℣. Stolam gloriæ induit eum. Et ornavit. Gloria Patri. Amavit

℣. Os justi meditabitur sapientiam.

℞. Et lingua ejus loquetur judicium.

Ad Sextam, Antiph. Fidelis servus.

Capitulum. *Eccl: 39.*

JUstus cor suum tradidit ad vigilandũ dilu-

diluculo ad Dominũ, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.

℞. *br.* Os justi, * Meditabitur sapientiam. Os justi.

℣. Et lingua ejus loquetur judicium. Meditabitur. Gloria Patri. Os justi.

℣. Lex DEI ejus in corde ipsius.

℞. Et nõ supplantabuntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiph. Serve bone.

Capitulum. *Sap: 10. b.*

JUstum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum DEI, & dedit illi scientiã Sanctorum; honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius.

℞. *br.* Lex DEI ejꝰ: * in corde ipsius. Lex.

℣. Et non supplantabuntur gressus ejꝰ. In corde. Gloria Patri. Lex DEI.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas.

℞. Et ostendit illi regnum DEI.

Ad Vesperas, Antiph: Domine quinque talenta. *cum reliqu: de Laud: Psalm: Capit: & Hymnus, ut in primis Vesp.*

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas.

℞. Et ostendit illi regnum DEI.

Ad Magnificat, Ant. Hic Vir despiciens mundum, & terrena, triumphans, divitias

cœlo

cœlo condidit ore, manu.

COMMUNE Virginum.

Ad Vesperas, Antiph.

Hæc est Virgo sapiens, & una de numero prudentum.

Psalmus. Dixit Dominus. *ut in Vesp. Dom*

Ant: Hæc est Virgo sapiens. Quam Dominus vigilantem invenit.

Psalm: Laudate pueri Dominum.

Ant: Hæc est, quæ nescivit torum in delicto; habebit fructũ in respectione animarum sanctarũ. *Psalm:* Lætatus sum in his. *ut in fine Vesp: Dom.*

Ant: Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. All:

Psalm: Nisi Dominus ædificaverit *ut in fine Vesp Dom.*

Ant. Ista est speciosa inter filias Jerusalẽ.

Psalm. Lauda Jerusalem Dom. *ut in fine Vesp. Dom.*

Capitul: 2 *Cor: 10. d.*

FRatres: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim, qui se ipsum commẽdat, ille probatus est; sed quem DEUS commendat.

HYMNUS.

JESU corona Virginum,
Quem Mater illa concipit;
Quæ sola Virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.
Qui pergis inter lilia
Septus choreis Virginũ,
Sponsus decorus gloriâ

Spon-

Sponsîsq; reddēs præmia.
Quocunq; tendis Virgines (dibus
Sequuntur, atq; láu
Post te canentes cursitant, (nant.
Hymnosq; dulces perso-
Te deprecamur supplices, (bus
Nostris ut addas sensi-
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.
Virtus, honor, laus, gloria,
DEO Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula. A.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.
℟. Intēde, prospere, procede, & regna.

Ad Magnificat, Ant. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quā tibi Dominus præparavit in æternum.

Oratio.

DEUS, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula etiā in sexu fragili victoriam martyrii contulisti, cōcede propitius; ut, qui B. N. Virginis & Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Alia Oratio.

INdulgentiam nobis, quæsumus Domine, B. N. Virgo & Martyr imploret; quæ tibi grata semper exstitit & meritô castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dom.

Pro Virg: non Mart.

Oratio.

EXaudi nos DEUS salutaris noster, ut sicut de B. N. Virginis tuæ

tuæ festivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Si fuerint plures, in utrisq; Vesp: ad Magnificat, & in Laudibꝰ ad Benedictus.

Ant. Prudẽtes Virgines, aptate vestras lampades; ecce Sponsus venit, exite obviam ei.

℣. Adducentur Regi Virgines pôst eam.

℞. Proximæ ejus afferentur tibi.

Oratio.

Da nobis, quæsumꝰ Domine DEUS noster, Sanctarum Virginum, & Martyrum N. & N. palmas incessabili devotione venerari; ut, quas digna mente non possumus celebrare, humilibûs saltem frequentemus obsequiîs. Per Dom.

Ad Matut: Invitator: Regem Virginum Dominum: * Venite adoremus. *Psal:* Venite exultemus.

HYMNUS.

Virginis Proles, Opifexq; Matris,
Virgo quem gessit, peperitq; Virgo;
Virginis partos canimus decora
Morte triumphos.

Hæc enim palmæ duplicis beata
Sorte, dum gestit fragilem domare
Corporis sexum, domuit cruentum
Cæde tyrannum.

Unde nec mortem, nec amica mortis,
Mille pœnarum genera expavescens,
San-

Sanguine effuso meruit serenum
Scandere Cælum.
Hujus oratu, DEUS alme, nobis
Debitas pœnas scelerum remitte;
Ut tibi puro resonemus almum
Pectore carmen.
Sit decus Patri, genitæq; Proli,
Et tibi compar utriusq; virtus
Spiritus semper, DEUS unus omni
Temporis ævo. Amen.

Si Sancta, fuerit Virgo tant: & non Mart: dicitur Hymnus ùt sequitur.

V*Irginis Proles, Opifexq; Matris,*
Virgo quem gessit, peperitq; Virgo,
Virginis Festum canimus beatæ,
Accipe votum.
Hujus oratu, DEUS alme, nobis
Debitas pœnas scelerum remitte;
Ut tibi purô resonemus almum
Pectore carmen.
Sit decus Patri, genitæq; Proli,
Et tibi compar utriusq; virtus
Spiritus semper, DEUS unus omni
Temporis ævo. Amen.

In primo Noct: Ant. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate!

Psalmus 8.

DOmine Dominus noster: * quàm admirabile est nomẽ tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua: * super cœlos.

Ex ore infantium & lactētiū perfecisti laudem propter inimicos tuos. * ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniā videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: * lunā & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quòd memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloriâ & honore coronâsti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibꝰ ejus: * oves & boves universas, insuper & pecora campi.

Volucres Cœli, & pisces maris: * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster: * quàm admirabile est nomē tuum in universa terra!

Ant. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate!

Ant: Ante torum hujus Virginis frequētate nobis dulcia cantica dramatis.

Psalmus 18.

Cœli enarrant gloriā DEI: * & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: * & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neq; sermones: * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram

exivit sonus eorum: * & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit taber naculum suum: * & ipse tanquam sponsus procedens de chalamo suo.

†Exultavit ùt gigas ad currendam viam: * à summo Cælo egressio ejus.

Et occursus ej9 usq; ad summum ejus: * nec est qui se abscondat à calore ejus.

Lex Domini immaculata, convertẽs animas: * testimonium Domini fidele, sapientiã præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ lætificantes corda: * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi: * judicia Domini vera justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidẽ pretiosum multum: * & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea: * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab ocultis meis munda me: * & ab alienis parce servo tuo.

Si mei nõ fuerint dominati, tunc immaculat9 ero: * & emundabor à delicto maximo

Et erunt ut complaceãt eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Do-

Domine adjutor meus: * & redemptor meus.

Ant: Ante torum hujus virginis frequẽtate nobis dulcia cantica dramatis.

Ant: Revertere, revertere Sunamitis: revertere, revertere, ut intueamur te.

Pſalmus 23.

Domini eſt terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarũ, & univerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundavit eum: * & ſuper flumina præparavit eum.

Quis aſcendet in montem Domini? * aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?

Innocens manibûs, & mundo corde: * qui nõ accepit in vano animã ſuã, nec juravit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: * & miſericordiam à DEO ſalutari ſuo.

Hæc eſt generatio quærentiũ eũ, quærẽtiũ faciem DEI Jacob.

Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ?

riæ? * Dominꝰ virtutũ ipſe eſt Rex gloriæ.

Ant: Revertere, revertere Sunamitis: revertere, revertere, ut intueamur te.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intẽde, proſpere, procede, & regna.

In ſecundo Noct: Ant. Specie tua, & pulchritudine tua intende, proſperè procede, & regna.

Pſalmus 44.

ERuctavit cor meum verbum bonum: * dico ego opera mea Regi.

Lingua mea calamus ſcribæ: * velociter ſcribentis.

Specioſus forma præ filiis hominũ, diffuſa eſt gratia in labiis tuis: * proptereà benedixit te DEUS in æternum.

Accingere gladiô tuô ſuper femur tuum: * potentiſſime.

Specie tua & pulchritudine tua: * intende, proſperè procede, & regna.

Propter veritatem, & manſvetudinem, & juſtitiam: * & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent: * in corda inimicorum regis.

Sedes tua DEUS in ſæculum ſæculi: * virga directionis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: * proptereà unxit te

DEUS,

DEUS, DEUS tuus, oleô lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis: * ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo.

Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato: * circumdata varietate.

Audi filia & vide, & inclina aurem tuam:* & obliviſcere populũ tuum, & domum patris tui.

Et concupiſcet Rex decorẽ tuum: *quoniam ipſe eſt Domin9 DEUS tuus, & adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus: * vultum tuum deprecabuntur, omnes divites plebis.

Omnis gloria ej9 filiæ Regis ab intus: * in fimbriis aureis circũamicta varietatib9.

Adducentur Regi virgines poſt eam: * proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione: * adducẽtur in templum Regis.

Pro patrib9 tuis nati ſunt tibi filii: * conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

Memores erunt nominis tui: * in omni generatione & generationem.

Proptereà populi confitebuntur tibi in æternum: * in ſæculum ſæculi.

Ant: Specie tua, & pulchritudine tua intende,

tende, proſperè pro cede, & regna.

Ant: Adjuvabit eam DEUS vultu ſuo; DEUS in medio ejus nõ commovebitur.

Pſalmus 45.

DEUS noſter refugium & virtus: * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea nõ timebimus, dũ turbabitur terra: * & trãsferẽtur montes in cor maris.

Sonuerũnt, & turbatæ ſunt aquæ eorum:* conturbati ſunt montes in fortitudine ej9.

Fluminis impetus lætificat civitatẽ DEI: * ſanctificavit tabernaculum ſuũ Altiſſimus.

DEUS in medio ejus non commovebitur: * adjuvabit eam DEUS manè diluculò.

Conturbatæ ſunt Gẽtes, & inclinata ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dominus virtutum nobiſcum: * ſuſceptor noſter DEUS Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: * auferens bella uſq; ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: * & ſcuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego ſum DEUS: * exaltabor in Gẽtibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiſcum: * ſuſceptor noſter DEUS Jacob.

Ant: Adjuvabit eam

DEUS

DEUS vultu suo: * DEUS in medio ejus, nō commovebitur.

Ant: Aquæ multæ non potuerunt extingvere charitatem.

Psalmus 47.

MAgnus Dominus, & laudabilis nimis: * in civitate DEI nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion: * latera Aquilonis, civitas Regis magni.

DEUS in domibus ejus cognoscetur: * cùm suscipiet eam.

Quoniam ecce Reges terræ congregati sunt: * convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: * tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ùt parturientis: * in spiritu vehementi conteres naves Tarsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate DEI nostri: * DEUS fundavit eam in æternum.

Suscepimus DEUS misericordiam tuā: * in medio templi tui.

Secundùm Nomen tuum DEUS, sic & laus tua in fines terræ: * justitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ: * propter judicia tua Domine.

Circumdate Sion, &

com-

complectimini eam: * narrate in turribꝰ ejꝰ

Ponite corda veſtra in virtute ejus: * & diſtribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniã hic eſt DEUS, DEUS noſter in æternum, & in ſæculũ ſæculi: * ipſe reget nos in ſæcula.

Ant: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.

℣. Adjuvabit eam DEUS vultu ſuo.

℟. DEUS in medio ejus, non commovebitur.

In Tertio Noct: Ant. Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Jeruſalem, ideò dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum ſuum.

Pſalmus 95.

CAntate Domino canticum novũ: * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite Nomini ejꝰ: * annuntiate de die in diem ſalutare ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriam ejus: in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis: * terribilis eſt ſuper omnes Deos.

Quoniam omnes dii Gentium dæmonia: * Dominus autem cælos fecit.

Confeſſio & pulchritudo in cõſpectu ejus: * ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione ejus.

Affer-

Afferte Domino Pa triæ gentium, afferte Domino gloriã & ho- norẽ:* afferte Domino gloriam Nomini ejus.

Tollite hoſtias, & introite in atria ejus: * adorate Dominum in atrio ſancto ejus.

Commoveatur à facie ejus univerſa ter ra: * dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur: * judicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus: * gaudebunt campi, & omnia quæ in eis ſunt.

Tunc exultabunt omnia ligna ſylvarũ à facie Domini, quia venit: * quoniã venit judicare terram.

Judicabit orbẽ terræ in æquitate: * & popu los in veritate ſua.

Ant: Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Jeruſalem; ideò dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum ſuum.

Ant: Trahe me poſt te, in odorem curremus unguentorũ tuorum, oleum effuſum nomen tuum.

Pſalmus 96.

Dominus regnavit, exultet terra; lætentur inſulæ multæ.

Nubes & caligo in circuitu ejus: * juſtitia & judicium correctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum

præcedet: * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: * vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: * à facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus: * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: * & qui gloriātur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus: * audivit & lætata est Sion.

Et exultaverunt filiæ Judæ * propter judicia tua Domine

Quoniam tu Dominus Altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: * custodit Dominus animas sanctorum suorū, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo: * & rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino: * & confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Ant: Trahe me post te, in odorem curremus unguentorū tuorum; oleum effusum nomen tuum.

Ant: Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.

Psal-

Psalmus 97.

CAntate Domino canticum novũ; * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus: * & brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum: * in conspectu Gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ: * & veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ: * salutare DEI nostri.

Jubilate DEO omnis terra: * cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: * in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu Regis Domini: * moveatur mare & plenitudo ejus; orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Domini: * quoniã venit judicare terrã.

Judicabit orbẽ terrarũ in justitia: * & populos in æquitate.

Ant: Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.

℣. Elegit eam DEUS & præelegit eam.

℟. In tabernaculo suo habitare facit eã.

Ad LAUDES & per Horas, Antiph.

Hæc est Virgo sapiens,

ens, & una de numero prudentum.

Psalmus. Dominus regnavit. *cum reliquis de Domin.*

Ant: Hæc eſt Virgo ſapiens, quam Dominus vigilantē invenit.

Ant: Hæc eſt, quæ neſcivit torum in delicto; habebit fructū in reſpectione animarum ſanctarum.

Ant. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. All.

Ant: Iſta eſt ſpecioſa inter filias Jeruſalem.

Capitul: 2. *Cor: 10. d.*

Fratres, qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui ſe ipſum cōmendat, ille probatus eſt; ſed quem DEUS commendat.

HYMNUS.

JESU corona Virginum, Quem Mater illa concipit,
Quæ ſola Virgo partu- rit, [*cipe.*
Hæc vota clemens ac-
Qui pergis inter lilia,
Septus choreis Virginū,
Sponſus decorus gloriâ
Sponſisq; reddens præmia.

Quocunq; tendis, Virgines
Sequuntur, atq; laudibus [*ſitant,*
Poſt te canentes cur-
Hymnosq; dulces, perſonant.

Te deprecamur ſupplices, (*ſibus*
Noſtris ut addas ſen-
Neſcire prorſus omnia
Corruptionis vulnera.

Virtus, honor, laus, gloria

DEO

DEO Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula. A.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℟. Propterea bene dixit te DEUS in æternum.

Ad Benedictus, Ant.

Simile est Regnum Cœlorum homini negotiatori quærẽti bonas margaritas; invẽtâ unâ pretiosâ dedit omnia sua, & comparavit eam.

Oratio.

DEUS, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiã in sexu fragili victoriã Martyrii contulisti, cõcede propitius; ut qui B. N Virginis & Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exẽpla gradiamur. Per D.

Alia Oratio.

INdulgentiam nobis, quæsumus, Domine B. N. Virgo & Martyr imploret; quæ tibi grata semper extitit & meritô castitatis & tuæ professione virtutis. Per Dom.

Pro Virg: non Mart:
Oratio.

EXaudi nos DEUS salutaris noster, ut sicut de B. N. Virginis tuæ festivitate gaudemus, ità piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dom.

Si fuerint plures, Ant:

Prudentes Virgines aptate vestras lampades, ecce sponsus venit, exite obviam ei.

℣. Adducentur Regi Virgines post eam.

℟. Proximæ ejus afferentur tibi.

Oratio.

DA nobis, quæsumus, Domine DEUS noster Sanctarum Virginum & Martyrum N & N. palmas incessabili devotione venerari: ut, quas digna mente non possumus celebrare, humilibûs saltem frequentemus obsequîs. Per D.

Ad Tertiam, Antiph Hæc est Virgo sapiẽs.

Capitulum Fratres, Qui gloriatur.

℟. *br.* Specie tua: * Et pulchritudine tua. Specie tua.

℣. Intende, prospere procede, & regna. Et pulchritudine. Gloria Patri. Specie tua.

℣. Adjuvabit eam DEUS vultu suo.

℟. DEUS in medio ejus non commovebitur.

Ad Sextam, Antiph. Hæc est quæ nescivit.

Capitulum. 2. *Cor:* 11.

ÆMulor enim vos DEI æmulatione; Despondi enim vos uni viro Virginẽ castã exhibere Christo.

℟. *br.* Adjuvabit eam: * DEUS vultu suo. Adjuvabit.

℣. DEUS in medio ejus nõ commovebitur. DEUS. Gloria Patri. Adjuvabit.

℣. Elegit eam DEUS, & præelegit eam.

℟. In tabernaculo suo habitare fecit eã.

Ad Nonam, Antiph. Ista est speciosa.

Capitul: *Eccl:* 15. *b.*

DOmine DEUS meus, exaltâsti super ter-

terram habitationem cũ claritate! immor-
tr eam, & pro morte talis est enim memo-
defluente deprecata ria illius: quoniam a-
sum. Invocavi Domi pud DEUM nota est,
num Patrem Domini & apud homines.
mei, ut non derelin- ℞. *br.* Elegit. *ùt sup.*
quat me in die tribu- *Ad Vesperas, Antiph.*
lationis meæ, & in tē *Psalmi, Capit: Hymn:*
pore superborum si *ùt in* 1. *Vesp.*
nè adjutorio. ℣. Diffusa est gratia
℞. *br:* Elegit eam in labiis tuis.
DEUS: * Et præele- ℞. Propterea bene-
git eam. Elegit. dixit te DEUS in æ-
℣. In tabernaculo ternum.
suo habitare facit eã *Ad Magnificat, Ant.*
Et prælegit. Veni sponsa Christi,
Gloria Patri. Elegit. accipe coronam, quã
℣. Diffusa est gratia tibi Dominus præpa-
in labiis tuis. ravit in æternum.
℞. Propterea bene- COMMMUNE
dixit te DEUS in æ- Sanctæ Martyris tan-
ternum. tùm, & nec Virginis,
Si fuerit Virgo, & nec Martyris.
non Mart: dicitur se- *Ad Vesperas, Antiph:*
quens Capit: Sap: 4. Dum esset Rex. *cum*
O Quam pulchra est *reliq: de Laud: Psalm:*
casta generatio Dixit

Dixit Dominus. *cum reliq: de Virg: ut supr.*

Pro Martyre tant.

Capitulum *Eccl*. 51.

Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te DEUM Salvatorem meum. Cōfitebor Nomini tuo: quoniã adjutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione.

Pro nec Virgine, nec Martyre.

Capitul: *Prov*: 31. *b.*

MUlierem fortem quis inveniet? procul & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.

HYMNUS.

Fortē virili pectore
Laudemus omnes fæminam,
Quæ sanctitatis gloriâ
Ubiq; fulget inclyta.
Hæc sancto amore saucia,
Dum mundi amorē noxium
Horrescit, ad cælestia
Iter peregit arduum.
Carnem domans jejuniîs,
Dulciq; mentem pabulo
Orationis nutriens,
Cœli potitur gaudiis.
Rex Christe virtus fortium,
Qui magna solus efficis
Hujus precatu quæsumus,
Audi benignus supplices.
DEO Patri sit gloria
Ejusq; soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, prospere procede, & regna.

Ad Magnificat, Ant.
Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori quærẽti bonas margaritas: invẽtâ unâ pretioſâ, dedit omnia ſua, & comparavit eam.

Pro una Mart: tant.
Oratio.

DEUS, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiã in ſexu fragili victoriam Martyrii contuliſti, cõcede propitius; ut, qui B. N. Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dom.

Pro plur: Mart: tant.
Oratio.

Da nobis, quæſum9 Domine DEUS noſter, Sanctarũ Martyrum N. & N. palmas inceſſabili devotione venerari; ut, quas digna mente non poſſumus celebrare, humilibûs ſaltèm frequentem9 obſequiîs. Per:

Pro nec Virgine, nec Mart: Oratio.

EXaudi nos DEUS ſalutaris noſter; ut, ſicut de Beatæ N. feſtivitate gaudem9, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Ad Matut: Invitator.
Laudemus DEUM noſtrum: * In confeſſione Beatæ N.
Pſalmus. Venite, exultemus.

HYMNUS.

HUjus oratu, DEUS alme, nobis
Debitas pœnas ſcelerum remitte;

Ut

Ut tibi purô resonemus almum
Pectore carmen.
Sit decus Patri, genitæq; Proli,
Et tibi compar utriusq; virtus
Spiritus semper, DEUS unus omni
Temporis ævô. Amen

In primo Noct: Ant: O quàm pulchra eſt, caſta generatio cum claritate! *Pſalm:* Domine Dominus noſter. *ut de Com: Virg.*

Ant. Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Pſalm: Cœli enarrãt.

Ant. Revertere, revertere Sunamitis: revertere, revertere, ut intueamur te.

Pſalm. Domini eſt terra.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſperè procede, & regna.

In ſecundo Noct. Ant. Specie tua, & pulchritudine tua intẽde, proſperè procede, & regna.

Pſal: Eructavit cor. *ut in Com: Virg.*

Ant: Adjuvabit eã DEUS vultu ſuo, DEUS in medio ejus non commovebitur.

Pſalm: DEUS noſter refugium.

Ant: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.

Pſalm: Magnus Dominus.

℣. Adjuvabit eam DEUS vultu ſuo.

℟. DEUS in medio ejus nõ cõmovebitur

In

In tertio Noct: Ant. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem; ideo dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Psalm: Cantate Domino. *ut in Com: Virg.*

Ant: Trahe me post te, in odorem curremus unguentorũ tuorum: oleum effusum nomen tuum.

Psalm: Dominus regnavit.

Ant. Veni sponsa Christi, accipe coronã quam tibi Dominus præparavit in æternũ.

Psalm: Cantate Domino cãticum novũ * quia mirabilia fecit *ut in Com: Virg.*

℣. Elegit eam DEUS, & præelegit eam.
℟. In tabernaculo suo habitare fecit eam.

Ad LAUDES & per Horas, Antiph.

DUm esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Psalm: Dominus regnavit. *cum reliqu.*

Ant: In odorem ungvẽtorum tuorũ currimus, adolescentulæ dilexerunt te nimis.

Ant. Jam hiems trãsiit, imber abiit, & recessit: surge amica mea, & veni.

Ant: Veni electa mea, & ponã in te thronum meum. Allel.

Ant. Ista est speciosa inter filias Jerusalem.

Pro Martyre tantum.

Capitulum: *Eccl: 51.*

COnfitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te DEUM Salvato-

vatorem meum. Cõ fitebor nomini tuo: * quoniã adjutor & pro tector factus es mihi, & liberâsti corpus meum à perditione.

Pro nec Virg: nec Ma.

Capitul: *Prov: 31. b.*

MUlierem fortem, quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.

HYMNUS.

Fortem virili pectore
Laudemus omnes fæminam,
Quæ sanctitatis gloriâ
Ubiq; fulget inclyta.
Hæc sancto amore saucia, [*xium*
Dum mundi amorẽ no
Horrescit, ad Cælestia
Iter peregit arduum.
Carnem domans jejuniîs, (*bulo*
Dulciq; mentem pa-
Orationis nutriens,
Cæli potitur gaudiîs.
Rex Christe virtus fortium,
Qui magna solus efficis
Hujus precatu quæsumus, [*ces.*
Audi benignus suppli-
DEO Patri sit gloria
Ejusq; soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℟. Propterea benedixit te DEUS in æternũ.

Ad Benedictus, Ant. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus.

Pro una Mart: tant.

Oratio.

DEUS, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiã in ſexu fragili victoriã martyrii contuliſti, concede propitius; ut, qui B. N. Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dom.

Pro plur: Mart: tant.

Oratio.

Da nobis, quæſumus Domine DEUS noſter, ſanctarũ Martyrum N. & N. palmas inceſſabili devotione venerari; ut, quas digna mente non poſſumus celebrare, humilibûs ſaltẽ frequentemus obſequiîs. Per D.

Pro nec Virgine nec Martyre. Oratio.

EXaudi nos DEUS ſalutaris noſter; ut ſicut de B. N. feſtivitate gaudemus, ità piæ devotionis erudiamur affectu. Per D.

Ad Tertiam, Antiph. In odorem.

Pro Martyre tant.

Capitulum. Confitebor tibi. *ut ſupra.*

Pro nec Virgine nec Martyre. Capitulum. Mulierẽ fortẽ. *ut ſup.*

℞. *br.* Specie tua: * Et pulchritudine tua. Specie tua.

℣. Intẽde, proſperè procede, & regna, Et pulchritudine. Gloria Patri. Specie.

℞. Adjuvabit eam DEUS vultu ſuo.

℣. DEUS in medio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Antiph. Jam hiems tranſiit.

Pro

Pro Martyre tantum.
Capitulum. *Eccl: 25.*

LIberâsti me secundum multitudinẽ misericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animã meã, & de multis tribulationibus quæ circumdederunt me.

Pro nec Virg. nec Ma.
Capitul: *Prov: 31. c.*

MAnum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Nõ timebit domui suæ à frigoribus nivis.

℟. *br.* Adjuvabit eam DEUS vultu suo. Adjuvabit eam.

℣. DEUS in medio ejus, nõ commovebitur. DEUS. Gloria Patri. Adjuvabit.

℣. Elegit eam DEUS, & præelegit eam.

℟. In tabernaculo suo habitare facit eã.

Ad Nonam, Antiph. Ista est spetiosa.

Pro Martyre tantum.
Capitul: *Eccl: 51. b.*

LAudabit usq; ad mortẽ anima mea Dominum, quoniã eruis sustinentes te, & liberas eos de manu angustiæ, Domine DEUS.

Pro nec Virg. n. Mar:
Capitul: *Prov: 31. d.*

Multæ filiæ congregaverũt divitias; tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo; mulier timens Dominũ, ipsa laudabitur

℟. *br.* Elegit eam DEUS: * Et præelegit eam. Elegit.

℣. In tabernaculo ſuo habitate facit eã. Et prælegit. Gloria. Elegit.

℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

℟. Propter eà benedixit te DEUS in æternũ.

Ad Veſperas, Antiph. Dum eſſet Rex. *& alia ut ſupra in primis Veſ.*

℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

℟. Propter eà benedixit te DEUS in æternũ.

Ad Magnificat, Ant. Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem, & panem otioſa non comedit.

COMMUNE
Dedication: Eccleſiæ.

Ad Veſperas, Antiph. Domum tuam Domine. *cum reliquis de Laudibus.*

Pſalm. Dixit Dominus. *cum rel: de Dom. & loco ult. Pſal.* Lauda Jeruſalem. *habetur poſt Veſp. Dom.*

Capitulum *Apoc: 21.*

Vidi civitatem ſanctam, Jeruſalem novam, deſcendentë de cælo à DEO, paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.

HYMNUS.

Cæleſtis Urbs Jeruſalem,
Beata pacis viſio,
Quæ celſa de vivẽtibus
Saxis ad aſtra tolleris,
Sponſæq; ritu cingeris
Mille Angelorum millibus. (ſpera,
O ſorte nupta proſpera,
Dotata Patris gloria,
Reſperſa ſponſi gratiâ,
Regina formoſiſſima,
Chriſto jugata Principi

Cæli

Cœli corusca Civitas.
Hic margaritîs emicant,
Patentq; cunctis ostia,
Virtute namq; prævià,
Mortalis illuc ducitur
Amore Christi percitus
Tormenta quisquis sustinet.
Scalpri salubris ictibûs,
Et tunsione plurima,
Fabri polita malleó
Hanc saxa molem construunt
Aptisq; juncta nexibûs,
Locantur in fastigio.
Decus Parenti debitū
Sit usquequaque Altissimo,
Natoq; Patris unico,
Et inclyto Paraclito;
Cui laus, potestas, gloria
Æterna sit per sæcula. (Amen.

℣. Hæc est domus Domini firmiter ædificata.

℟. Benè fundata est supra firmam petram.

Ad Magnificat, Ant. Sanctificavit Dominus tabernaculum suum; quia hæc est domus DEI, in qua invocabitur nomen ejus, de qua scriptum est. Et erit nomen meum ibi, dicit Dominus.

In ipsa die Dedicat: Eccl: & per Octav: & quando varianda est Oratio ob concursū Dedicat: alterius Ecclesiæ.

Oratio.

DEUS, qui invisibiliter omnia contines, & tamē pro salute generis humani signa tuæ potentiæ visibiliter ostendis, templum hoc potētia tuæ inhabitationis illustra & cōcede; ut omnes, qui

qui huc deprecaturi cōveniunt, ex quacū-q; tribulatione ad te clamaverint consolationis tuæ beneficia cōsequantur. Per D.

In anniversario Dedic: Ecclesiæ & per Octavā.

Oratio.

DEUS, qui nobis per singulos ānos hujus sancti tēpli tui cōsecrationis reparas diem, & sacris semper mysteriis repræsentas incolumes, exaudi preces populi tui, & præsta: ut quiquis hoc templū beneficia petiturus ingreditur, cū cta se impetrasse lætetur. Per Dom.

Ad Matut: Invitator: Domum DEI decet sanctitudo: * Spōsum ejus Christum adoremus in ea. *Psalm:* Venite, exultemus.

Hymnus: Cœlestis Urbs, *ut supra.*

In primo Noct: Ant. Tollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales.

Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarū, & universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibûs, & mundo corde: * qui nō accepit in vano animā suā, nec juravit

in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: * & misericordiam à DEO salutari suo.

Hæc est generatio quærentiũ eũ, quærẽtiũ faciem DEI Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominꝰ virtutũ ipse est Rex gloriæ.

Ant: Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales.

Ant: Erit mihi Dominus in DEUM, & lapis iste vocabitur domus DEI.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium & virtus: * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea nõ timebimus, dũ turbabitur terra: * & trãsferẽtur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejꝰ.

Fluminis impetus lætificat civitatẽ DEI: * sanctificavit tabernaculum suũ Altissimus.

DEUS in medio ejus

non commovebitur: * adjuvabit eam DEUS manè diluculò.

Conturbatæ sunt Gẽtes, & inclinata sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster DEUS Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: * auferens bella usq; ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: * & scuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum DEUS: * exaltabor in Gẽtibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster DEUS Jacob.

Ant: Erit mihi Dominus in DEUM, & lapis iste vocabitur domus DEI.

Antiph: Ædificavit Moyses altare Domino DEO.

Psalmus 47.

MAgnus Dominus, & laudabilis nimis: * in civitate DEI nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion: * latera Aquilonis, civitas Regis magni.

DEUS in domibus ejus cognoscetur: * cùm suscipiet eam.

Quoniam ecce Reges terræ congregati sunt: * convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic ad-

mirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: * tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ùt parturientis: * in spiritu vehementi conteres naves Tarsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate DEI nostri: * DEUS fundavit eam in æternum.

Suscepimus DEUS misericordiam tuã: * in medio templi tui.

Secundùm Nomen tuum DEUS, sic & laus tua in fines terræ: * justitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ: * propter judicia tua Domine.

Circumdate Sion, & cōplectimini eam: * narrate in turrib9 ej9

Ponite corda vestra in virtute ejus: * & distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniã hic est DEUS, DEUS noster in æternum, & in sæculũ sæculi: * ipse reget nos in sæcula.

Antiph: Ædificavit Moyses altare Domino DEO.

℣. Domum tuã Domine decet sãctitudo.

℟. In longitudinem dierum.

In secundo Noct: Ant. Non est hìc aliud, nisi domus DEI, & porta Cœli.

Psalmus 83.

QUàm dilecta tabernacula tua Domine

mine virtutũ! * cõcupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea: * exultaverunt in DEUM vivum.

Etenim paſſer invenit ſibi domum: * & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos.

Altaria tua Domine virtutum: * Rex meꝰ, & DEUS meus.

Beati, qui habitant in domo tua Domine: * in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te: * aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum, in loco quem poſuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibũt de virtute in virtutẽ: * videbitur DEUS deorum in Sion.

Domine DEUS virtutum exaudi orationẽ meã: * auribus percipe DEUS Jacob.

Protector noſter aſpice DEUS; * & reſpice in faciem Chriſti tui.

Quia melior eſt dies una in atriis tuis: * ſuper millia.

Elegi abjectus eſſe in domo DEI mei: * magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia miſericordiã, & veritatẽ diligit DEUS: * gratiam, & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: * Domine virtutũ, beatus homo qui ſperat in te.

Ant.

Ant: Non eſt hic aliud, niſi domus DEI, & porta Cœli.

Ant: Vidit Jacob ſcalam, ſummitas ejꝰ cælos tangebat, & deſcendentes Angelos, & dixit: Verè locus iſte ſanctus eſt.

Pſalmus 86.

FUndamẽta ejus in montibus ſanctis: * diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob.

Glorioſa dicta ſunt de te: * civitas DEI.

Memor ero Rahab & Babylonis: * ſcientium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum: * hi fuerunt illic.

Nũquid Sion dicet: Homo, & homo natus eſt in ea: * & ipſe fundavit eam Altiſſimus.

Dominus narrabit in ſcipturis populorũ & principum: * horum, qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium: * habitatio eſt in te.

Ant: Vidit Jacob ſcalam, ſummitas ejꝰ cælos tangebat, & deſcendentes Angelos, & dixit: Verè locus iſte ſanctus eſt.

Ant: Erexit Jacob lapidem in titulum fundens oleum deſuper.

Pſalmus 87.

DOmine DEUS ſalutis meæ: * in die clamavi, & nocte coram te.

Intret in conſpectu tuo oratio mea: * inclina aurem tuam ad

precem

precem meam.

Quia repleta eſt malîs anima mea: * & vita mea inferno appropinquavit.

Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacũ: * factus ſum ſicut homo ſinè adjutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris quorũ non es memor ampliùs: * & ipſi de manu tua repulſi ſunt

Poſuerunt me in lacu inferiori: * in tenebroſis, & in umbra mortis.

Super me confirmatus eſt furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Longè feciſti notos meos à me: * poſuerũt me abominationẽ ſibi

Traditus ſum, & nõ egrediebar: * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine tota die: * expãdi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia: * aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuã: * & veritatem tuam in perditione?

Nũquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua: * & juſtitia tua in terra oblivionis.

Et ego ad te Domine clamavi: * & mane oratio mea præveniet te.

Ut quid Domine repellis orationẽ meã: * avertis faciẽ tuã à me?

Pauper ſum ego, & in laboribus à juventute mea: * exaltatus autem, humiliatus ſum & conturbatus.

In me tranſierunt iræ tuæ:* & terrores tui conturbaverunt me.

Circumdederũt me ſicut aqua tota die: * circumdederunt me ſimul.

Elongâſti à me amicum & proximũ: * & notos meos à miſeria.

Ant: Erexit Jacob lapidẽ in titulum, fundens oleum deſuper.

℣. Domus mea.

℞. Domus orationis vocabitur.

In tertio Noct. Antiph

Qui habitat in adjutorio Altiſſimi in protectione DEI Cœli commorabitur.

Quando hæc Antiph: dicitur integra, & illi nõ additur in fine Alle: *tunc principium Pſalmi eſt à ſecundo Verſu.* Dicet Domino.

Pſalmus 90.

QUi habitat in adjutorio Altiſſimi:* in protectione DEI Cœli comorabitur.

DIcet Domino: Suſceptor meus es tu, & refugium meum: * DEUS meus ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium: * & à verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: * & ſub pennis ejus ſperabis.

Scutô circũdabit te veritas ejus: * nõ timebis à timore nocturno

A sagitta volante in die, à negotio perãbulante in tenebris: * ab incursu, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia, à dextris tuis: * ad te autem non appropinquabit.

Verùmtamẽ oculîs tuîs considerabis: * & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea: * altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: * & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniã Angelis suis mandavit de te: * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: * nè fortè offendas ad lapidẽ pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis: * & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum: * protegã eum, quoniam cognovit Nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: * cum ipso sum in tribulatione; eripiam eum & glorificabo eum.

Lõgitudine dierum replebo eũ: * & ostendã illi salutare meũ.

Ant: Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione DEI cæli commorabitur.

Ant: Templum Domini sanctum est,

DEI ſtructura eſt, DEI ædificatio eſt.

Pſalmus 95.

CAntate Domino cãticum novum: * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite Nomini ejus: * ãnuntiate de die in diem ſalutare ejus.

Annuntiate inter Gẽtes gloriam ejus: * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniã magnus Dominus, & laudabilis nimis: * terribilis eſt ſuper omnes deos.

Quoniam omnes dii Gentium dæmonia: * Dominus autem Cælos fecit.

Confeſſio & pulchritudo in cõſpectu ejus: * ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriã & honorem: * afferte Domino, gloriam Nomini ejus.

Tollite hoſtias, & introite in atria ej9: * adorate Dominum in atrio ſancto ejus.

Cõmoveatur à facie ejus univerſa terra: * dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbẽ terræ, qui non cõmovebitur: * judicabit populos in æquitate.

Lætentur Cæli, & exultet terra, cõmoveatur mare, & plenitudo ejus: * gaudebunt

campi,

campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarũ à facie Domini, quia venit: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbẽ terræ in æquitate: * & populos in veritate sua.

Ant: Templum Domini sanctum est, DEI structura est, DEI ædificatio est.

Ant: Benedicta gloria Domini de loco sancto suo. Alleluja.

Psalmus 98.

DOminus regnavit, irascantur populi: * qui sedet super Cherubim, moveatur terra.

Dominus in Sion magnus: * & excelsus super omnes populos.

Cõfiteantur Nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est: * & honor regis judicium diligit.

Tu parâsti directiones: * judicium, & justitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate Dominum DEUM nostrum, & adorate scabellum pedum ejus; * quoniam sanctum est.

Moyses & Aaron in sacerdotibus ejus: * & Samuel inter eos, qui invocant nomen ej9.

Invocabãt Dominũ, & ipse exaudiebat eos:* in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia ejus: * & præceptum quod dedit illis.

Domine DEUS no-

ſter tu exaudiebas eos: *DEUS tu propitiꝰ fuiſti eis, & ulciſcens in omnes adinventiones eorum.

Exaltate Dominum DEUM noſtrum, & adorate in monte ſancto ejus: * quoniam ſanctus Dominus DEUS noſter.

Ant: Benedicta gloria Domini, de loco ſancto ſuo Alleluja.

℣. Hæc eſt domus Domini firmiter ædificata.

℟. Benè fundata eſt ſupra firmam petram.

Ad LAUDES, & per Horas, Antiph.

Domum tuam Domine decet ſanctitudo, in longitudinem dierum. *Pſal.* Dominus regnavit. *cum rel.*

Ant. Domus mea, domus orationis vocabitur.

Ant. Hæc eſt domꝰ Domini firmiter ædificata, benè fundata eſt ſupra firmam petram.

Ant: Benè fundata eſt domus Domini ſupra firmam petram.

Ant. Lapides pretioſi omnes muri tui, & turres Jeruſalem gēmîs ædificabuntur.

Capitulum. *Apoc: 21.*

Vidi Civitatē ſanctā Jeruſalem novam, deſcendentem de cælo à DEO, paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.

HYMNUS.

Alto ex Olympi vertice
Summi Parentis Filiꝰ,
Ceu monte deſectꝰ lapis
Ter-

Terras inimas deci-
dens, (*fimæ,*
Domus supernæ, & in-
Utrumq; junxit angu-
lum. (*tum,*
Sed illa sedes Cæli-
Semper resultat laudi
bus, [*nicum*
Deumq; trinum & U-
Jugi canore prædicat,
Illi canentes jungimur
Almæ Sionis æmuli.
Hæc templa, Rex
Cælestium,
Imple benigno lumine:
Huc ô rogatus adveni!
Plebisq; vota suscipe,
Et nostra corda jugiter
Perfunde Cæli gratiá.
Hìc impetrent fideliũ
Voces precesq; supplicũ
Domus beatæ munera,
Partisq; donis gaude-
ant:
Donec soluti corpore
Sedes beatas impleant.
Decus Parenti debi-
tum [*tissimo,*
Sit usquequaque Al-
Nateq; Patris unico
Et inclyto Paraclito;
Cui laus, potestas, glo-
ria, [*Amen.*
Æterna sit per sæcula.

℣. Hæc est domus Domini firmiter ædificata.

℟. Benè fundata est supra firmam petram.

Ad Benedictus, Antiph. Zachæe festinãs descende, quia hodie in domo tua oportet me manere; at ille festinans descendit, & suscepit illum gaudens in domum suã. Hodie huic domui salus à DEO facta est. Allel.

In ipso die Dedic: Ecclesiæ, & per Octavã & quando varianda est Oratio,

ratio, ob concursum Dedicat: alterius Eccles.

Oratio.

DEUS, qui invisibiliter omnia cōtines, & tamen pro salute generis humani signa potentiæ tuæ visibiliter ostendis; tēplum hoc potētiâ tuæ inhabitationis illustra, & concede; ut omnes, qui huc deprecaturi cōveniunt, ex quacunq; tribulatione ad te clamaverint, consolationis tuæ beneficia consequātur. Per Dominum.

In anniversario Dedicat: Ecclesiæ, & per Octavam.

Oratio.

DEUS, qui nobis per singulos annos hujus sancti Templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysteriis repræsentas incolumes, exaudi preces populi tui, & præsta; ut, quisquis hoc Tēplum beneficia petiturus ingreditur, cūcta se impetrâsse lætetur. Per Domi.

Ad Tertiam, Antiph. Domus mea. *Capitulum.* Vidi civitatē. *ut supra.*

℟. *br.* Domum tuā Domine: * Decet sanctitudo. Domum.

℣. In longitudinem dierū. Decet. Gloria Patri. Domum.

℣. Locus iste Sanctus est, in quo orat Sacerdos.

℟. Pro delictis, & peccatis populi.

Ad

Ad Sextam, Antiph.
Hæc est domus Domini.
Capitulum. *Apoc: 21.*
ET audivi vocem magnā de throno dicentem: Ecce tabernaculum DEI cum hominibus, & habitabit cum eis Et ipsi populus ejus erunt, & ipse DEUS cum eis erit eorum DEUS.
℟. *br.* Locus iste sanctus est: * In quo orat Sacerdos. Locus.
℣. Pro delictis, & peccatis populi. In quo. Gloria Patri. Locus.
℣. Hæc est domus Domini firmiter ædificata.
℟. Benè fundata est supra firmam petram.
Ad Nonam, Antiph.
Lapides pretiosi.

Capitul: *Apoc: 21. b.*
ET absterget DEUS omnem lachrymā ab oculis eorum; & mors ultrà non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultrà, quia prima abierunt. Et dixit, qui sedebat in throno; Ecce nova facio omnia.
℟. *br.* Hæc est domus Domini: * Firmiter ædificata. Hæc est.
℣. Benè fundata est supra firmam petram. Firmiter ædific: Gloria Patri. Hæc est.
℣. Benè fundata est domus Domini.
℟. Supra firmam petram.
In secundis Vesperis: Antiphonæ, Psalm: Capitulum, & Hymnus, ut in primis Vesp.

℣. Domum tuam Domine decet sanctitudo.

℟. In longitudinem dierum.

Ad Magnificat, Ant.

O quàm metuendus est locus iste! verè nõ est hic aliud, nisi domus DEI, & porta cæli.

OFFICIUM B. V. M.

Ad Vesperas, Antiph.

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Psalm. Dixit Dominus. *ùt in Dom.*

Ant. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Psalm. Laudate pueri. *ùt in Dom.*

Ant. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem, ideò dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Psalm. Lætatus sum. *ùt in Dom.*

Ant. Jam hyems transiit, imber abiit, & recessit; surge amica mea, & veni.

Psalm. Nisi Dominus. *ùt in Dom.*

Ant. Speciosa facta es, & suavis in deliciis tuis, Sancta DEI Genitrix.

Psalm. Lauda Jerusalem Dominum. *ùt in fine Dom.*

Capitul: *Eccl. 24. b.*

AB initio, & ante sæcula creata sũ; & usq; ad futurũ sæculum nõ desinam, & in habitatione sancta corã ipso ministravi.

HY-

HYMNUS.

AVe Maris Stella,
DEI Mater alma
Atq; semper Virgo,
Felix Cœli Porta.
Sumens illud ave,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Ævæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpîs solutos,
Mites fac & castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes JESUM
Semper collætemur.
Sit laus DEO Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui Sancto,
Tribus honor unus. A.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℣. Propterea benedixit te DEUS in æternum.

Ad Magnificat, Ant. Beata Mater, & intacta Virgo, gloriosa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cū spiritu tuo.

Oratio.

COncede nos famulos tuos quæsumus Domine DEUS, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere; & gloriosa B. Mariæ sēper Virginis intercessione,

sione, à præsenti liberari tristitia, & æternâ perfrui lætitia. Per D.
℟. Amen.

Ad MATUTINUM de Beata MARIA.

DOmine labia mea aperies.
℟. Et os meum annuntiabit laudẽ tuam
℣. DEUS in adjutorium. Gloria Patri, &c.

HYMNUS.

QUem terra, pontꝰ, sidera,
Colunt, adorant, prædicant
Trinam regentem machinam,
Claustrum MARIÆ bajulat:
Cui luna, sol, & omnia
Deserviunt per tẽpora,
Perfusa Cœli gratiâ
Gestant puellæ viscera.
Beata Mater munere
Cujus supernus Artifex
Mundum pugillo continens, (est.
Ventris sub arca clausꝰ
Beata Cœli nuntiô,
Fœcunda Sācto Spiritu,
Desideratus gentibus,
Cujus per alvum fusus est.
JESU tibi sit gloria,
Qui natꝰ es de Virgine
Cum Patre & almo Spiritu, (Amen.
In sempiterna sæcula.

Primus Noct. Ant.
Benedicta tu in mulieribus, & benedictꝰ fructus ventris tui.
Psalm. Domine Dominus noster. *cum reliqu: Psalmis, ut in Com. Virg.*
Ant: Sicut myrrha electa odorem dedisti suavitatis Sancta DEI Genitrix. *Psalm.* Cœli enarrant Gloriam tuã.

Ant.

Ant. Ante torum hujus Virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis

Psalm. Domini est terra.

Secundus Noct: Ant. Specie tua, & pulchritudine tua, intẽde, prosperè procede, & regna.

Psalm. Eructavit cor meum Verbum bonũ *ut in Com. Virg.*

In secundo Noct: Ant. Adjuvabit eam DEUS vultu suo; DEUS in medio ejus non commovebitur.

Psalm: DEUS noster Refugium, & Virtus.

Ant. Sicut lætantiũ omnium nostrûm habitatio est in te Sancta DEI Genitrix.

Psalm. Fundamenta ejus. *ut in secundo Nocturno de die.*

Tertius Noct: Ant. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo. *Psal.* Cantate Domino canticũ novum. *cum Psalmis de Com. Virg.*

In tertio Noct. Ant. Dignare me laudare te Virgo sacrata; da mihi virtutem cõtra hostes tuos.

Psalm: Dominus regnavit.

Ant. Post partum Virgo inviolata permansisti; DEI Genitrix intercede pro nobis.

Psalm. Cantate Domino.

Ad LAUDES.

& per Horas, Antiph. Dum esset Rex in

accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Psalm. Dominus regnavit. *cum reliquis de Dominica.*

Ant. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Ant. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem; ideò dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Ant. Jam hyems transiit, imber abiit, & recessit; surge amica mea, & veni.

Ant. Speciosa facta es, & suavis in deliciis tuis, Sancta DEI Genitrix.

Capitul: *Eccl: 24. b.*

AB initio, & ante sæcula creata sũ, & usq; ad futurũ sæculum non desinã; & in habitatione sancta corã ipso ministravi.

HYMNUS.

O Gloriosa Virginũ,
Sublimis inter sidera;
Qui te creavit, parvulum
Lactente nutris ubere.
Quod Æva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine
Intrent ut astra flebiles,
Cæli recludis cardines.
Tu Regis alti janua,
Et aula lucis fulgida;
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.
JESU tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

℣.

℣. Benedicta tu in mulieribus.

℟. Et benedictus fructus ventris tui.

Ad Benedictus, Antip. Beata DEI Genitrix Maria, Virgo perpetua, templum Domini, sacrarium Spiritûs Sancti; sola sinè exẽplo placuisti Domino nostro JESU Christo. Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fœmineo sexu.

Tempore Paschali. Regina Cœli lætare, alleluja: quia quem meruisti portare, all: resurrexit, sicut dixit, alleluja: ora pro nobis DEUM. Allel:

Oratio.

Cõcede nos famulos tuos, quæsumus Domine DEUS, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere; & gloriosa Beatæ MARIÆ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitiâ. Per D.

Ad Primam, Antiph. Dum esset Rex. *Capitulum.* Regi sæculorum.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es de MARIA Virgine. *alia ut in Psalterio.*

Ad absolutionem Capituli. In plateis.

Ad Tertiam, Antiph. Læva ejus. *Capitul:* Ab initio.

℟. *br.* Specie tua, & pulchritudine tua. Specie tua.

℣. Intende, prospérè procede, & regna.

Et pulchritudine tua. Gloria P. Specie tua.

℣. Adjuvabit eam DEUS vultu suo.

℟. DEUS in medio ejus nõ cõmovebitur.

Ad Sextam, Antiph. Nigra sum.

Capitul: *Eccl. 24. c.*

ET sic in Sion firmata sum, & in Civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalẽ potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte DEI mei hæreditas illi9, & in plenitudine Sanctorũ detẽtio mea

℟. *br.* Adjuvabit eã, DEUS vultu suo. Adjuvabit. DEUS in medio ejus, non cõmovebitur. DEUS. Gloria Patri. Adjuvabit.

℣. Elegit eam DEUS, & prælegit eam.

℟. In tabernaculo suo habitare fecit eã.

Ad Nonam, Antiph. Speciosa.

Capitul: *Eccl: 24. b.*

IN plateis sicut cinnamonum, & balsamũ aromatizans odorem dedi; quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

℟. *br.* Elegit eam DEUS, * & prælegit eam. Elegit eam.

℣. In tabernaculo suo habitare fecit eã. Et prælegit eam. Gloria Patri. Elegit.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℟. Propterea benedixit te DEUS in æternum.

Ad Vesperas, Antiph. & Psalmi, Capitulum, & reliqua omnia, ut in primis Vesperis.

ADMINICULUM

Commodiùs orandi Breviarium, præsertim in Festis, & Dominicis à Septuag. usq; ad Pass.

Ad LAUDES.

Dominus regnavit, decorem indutus est: * indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ: * qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc: * à sæculo tu es.

Elevaverũt flumina Domine: * elevaverũt flumina vocem suam

Elevaverunt flumina fluctus suos: * à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: * mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinẽ dierum.

Jubilate DEO omnis terra: * servite Domino in lætitia.

Introite in conspectu ejus: * in exultatione.

Scitote, quoniam Dominus ipse est DEUS: * Ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus ejus & oves pascuæ ejus: * introite portas ej9 in cõfessione, atria ejus in hymnis: confitemini illi.

Laudate nomẽ ejus, quoniã suavis est Dominus,

minus, in æternũ misericordia ejus: * & usq; in generationẽ & generationem veritas ejus.

DEUS DEUS meus: * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea: * quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & invia, & inaquosa: * sic in sancto apparui tibi, ut viderẽ virtutẽ tuam, & gloriam tuã.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: * & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animã meam, introibunt in inferiora terræ: * tradẽtur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in DEO, laudabuntur omnes, qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

DEUS misereatur

nostri,

noſtri, & benedicat nobis: * illuminet vul tum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Ut cognoſcamus in terra viam tuam: * in omnibus Gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi po puli DEUS: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultēt Gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi po puli DEUS, confitean tur tibi populi omnes * terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos DE US, DEUS noſter, be nedicat nos DEUS: * & metuant eum omnes fines terræ.

BEnedicite omnia opera Domini Do mino: * laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: * benedicite cæli Domino

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, Domino: * benedicite omnes vir tutes Domini Domino

Benedicite ſol, & luna Domino: * benedicite ſtellæ Cœli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: * benedicite omnes ſpiritus DEI Domino.

Benedicite ignis, & æſtus Domino: * benedicite frigus, & æſtus Domino.

Benedicite rores, &

pruі-

pruina Domino: * benedicite gelu, & frigus Domino.

Benedicite glacies, & nives Domino: * benedicite noctes, & dies Domino.

Benedicite lux, & tenebræ Domino: * benedicite fulgura, & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: * laudet, & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite montes, & colles Domino: * benedicite univerſa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: * benedicite maria, & flumina Domino.

Benedicite cæte, & omnia, quæ movētur in aquis, Domino: * benedicite omnes volucres Cœli Domino.

Benedicite omnes beſtiæ, & pecora Domino: * benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Iſrael Dominum: * laudet, & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: * benedicite ſervi Domini Domino.

Benedicite ſpiritus, & animæ juſtorũ Domino: * benedicite ſancti, & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino: * laudate, & ſuper exaltate eũ in ſæcula.

Benedicamus Patrē, & Filium cum Sancto

Spiri,

Spiritu: * laudemus. & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento Cæli: * & laudabilis & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

LAudate Dominum de cælis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eũ omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol & luna: * laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum Cœli Cœlorum: * & aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent Nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternũ, & in sæculum sæculi: * præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: * dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus.

Montes & omnes colles: * ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ, & universa pecora: * serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: * principes, & omnes judices terræ.

Juvenes & virgines, senes cum junioribus laudent Nomẽ Domini: * quia exaltatum est Nomen ejus solius.

Con-

Confessio ejus super Cœlum & terram: * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus Sanctis ejus: * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

CAntate Domino canticum novum * laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: * & filii Sion exultent in Rege suo.

Laudent Nomen ejus in choro: * in tympano, & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: * & exaltabit mãsvetos in salutem.

Exultabunt Sancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes DEI in gutture eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in cõpedibus: * & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum: * gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

LAdate Dominum in Sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundùm multitudinẽ magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono

no tubæ: * laudate eũ in pſalterio, & cithara

Laudate eũ in tympano, & choro: * laudate eum in chordis & organo.

Laudate eũ in cymbalis bene ſonantib9; laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis ſpiritus laudet Dominum.

Antiphonæ. ℣℣. *&* ℟℟. *de Tempore*

DOm: *Antiph: propria.* ℣. Dominus regnavit, decorem induit. ℟. Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.

In Advent: ℣. Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini. ℟. Rectas facite ſemitas ejus.

In Quadrag: ℣. Angelis ſuis DEUS mandavit de te. ℟. Ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

In Paſſion: ℣. Eripe me de inimicis meis DEUS meus. ℟. Et ab inſurgentibus in me, libera me.

Fer: II. *Antiph:* Benedictus Dominus DEUS Iſrael. ℣. Repleti ſumus manè miſericordia tua. ℟. Exultavimus, & delectati ſumus.

Fer: III. *Antiph:* Erexit nobis Dominus cornu ſalutis, in domo David pueri ſui. ℣. Repleti ſumus &c.

Fer: IV. *Antiph:* De manu omnium, qui oderunt nos. ℣ Repleti ſumus, &c.

Fer: V. *Antiph:* In ſanctitate ſerviamus Domino, & liberabit nos ab inimicis noſtris. ℣. Repleti &c.

Fer: VI *Antiph.* Per viſcera miſericordiæ DEI noſtri viſitavit nos Oriens ex alto. ℣. Repleti ſumus &c.

Sabb: *Antiph:* Illuminare Domine his, qui in tenebris ſedent: & dirige pedes noſtros in viam pacis, DEUS Iſrael. ℣. Repleti ſum9 &c.

Commemorationes.

SAncta MARIA ſuccurre miſeris, juva puſillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto fæmineo ſexu, ſentiant omnes tuum juvamen, quicunq; celebrant tuã ſanctã commemorationem.

℣. Ora pro nobis Sancta DEI Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Cōcede nos famulos tuos, quæsumus Domine DEUS, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere; & gloriosa Beatæ MARIÆ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æternâ perfrui lætitiâ.

Ab Octava Epiphaniæ, usq; ad Purificationem dicitur.

℣. Post partũ Virgo, inviolata permansisti.

℟. DEI Genitrix intercede pro nobis.

Oremus.

DEUS, qui salutis æternæ, B. MARIÆ Virginitate fœcunda humano generi præmia præstitisti; tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuũ.

Apostol: Vesp: Petrus Apostolus, & Paulus Doctor gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Domine.

℣. Constitues eos principes super omnem terram.

℟. Memores erunt Nominis tui Domine.

Laud. Gloriosi principes terræ, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati.

℣. In omnem terrã exivit sonus eorum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oremus.

DEUS, cuj9 dextera Beatum Petrum ambulantem in fluctibus, nè mergeretur, erexit, & Coapostolū ejus Paulum tertiò naufragantem, de profundo pelagi liberavit; exaudi nos propitius, & concede; ut amborum meritis, æternitatis gloriam consequamur.

Post Commē: de Patrono, Comm: de pace.

Da pacem Domine in dieb9 nostris, quia non est alius; qui pugnet pro nobis, nisi tu DEUS noster.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus.

DEus, à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera; da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacē: ut & corda nostra mādatis tuis dedita, & hostium sublatâ formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla. Per Dom.

Commemorat: Crucis temp: Pasch.

Laud. Crucifixus surrexit à mortuis, & redemit nos. Allel: Al:

Vesp. Crucem Sanctam subiit, qui infernum cōfregit, accinctus est potentiâ, surrexit die tertiâ. Allel.

℣. Dicite in nationibus Alleluja.

℟. Quia Dominus regnavit à ligno. All:

Oremus.

DEus, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulũ subire voluisti, ut inimici à nobis expelleres potestatem; concede nobis famulis tuis, ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem Dom.

Ad PRIMAM.

Jam lucis orto sidere,
DEUM precemur supplices,
Ut in diurnis actibus
Nos servet à nocentib9
Lingvam refrænans temperet,
Nè litis horror insonet
Visum fovendo côtegat
Nè vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima,
Absistat & vecordia,
Carnis terat superbiam
Potûs cibiq; parcitas;
Ut cùm dies abscesserit,
Noctemq; sors reduxerit,
Mundi per abstinentiã
Ipsi canamus gloriam.
DEO Patri sit gloria,
Ejusq; soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

Psalmus.

DEUS in Nomine tuo salvum me fac: * & in virtute tua judica me.

DEUS exaudi orationem meam: * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversũ me; & fortes quæsiêrunt animam meã: * & non proposuerunt DEUM ante conspectum suum.

Ecce

Ecce enim DEUS adjuvat me: * & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Averte mala inimicis meis: * & in veritate tua diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi: * & confitebor nomini tuo Domine, quoniã bonũ eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: * & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

BEati immaculati in via: * qui ãbulant in lege Domini.

Beati, qui ſcrutantur teſtimonia ejus: * in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem: * in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandaſti: * mandata tua cuſtodiri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ: * ad cuſtodiendas juſtificationes tuas.

Tunc non confundar: * cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: * in eo, quòd didici judicia juſtitiæ tuæ.

Juſtificationes tuas cuſtodiam: * non me derelinquas uſquè quaque.

In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam: * in cuſtodiendo ſermones tuos.

In toto corde meo exquiſivi te * nè repellas me à mãdatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: * ut non peccem tibi.

Benedictus es Domine: * doce me justificationes tuas.

In labiis meis: *pronuntiavi omnia judicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum: * sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor: * & considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis meditabor: * nõ obliviscar sermones tuos.

Retribue servo tuo, vivifica me: * & custodiam sermones tuos.

Revela oculos meos: * & considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: * nõ abscondas à me mandata tua.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas: * in omni tempore.

Increpasti superbos: * maledicti, qui declinant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobrium, & contemptum: * quia testimonia tua exquisivi.

Etenim sederunt principes, & adversũ me loquebantur: * servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est * & consilium meum justificationes tuæ.

Adhæsit pavimento anima mea: * vivifica

ca me ſecundùm verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, & exaudîſti me: * doce me juſtificationes tuas.

Viam juſtificationũ tuarum inſtrue me: * & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea præ tædio: * confirma me in verbis tuis.

Viã iniquitatis amove à me: * & de lege tua miſerere mei.

Viam veritatis elegi: * judicia tua non ſum oblitus.

Adhæſi teſtimoniis tuis Domine: * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri: * cũ dilatâſti cor meum.

REgi ſæculorũ immortali, & inviſibili, ſoli DEO honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

℟. DEO gratias.

Chriſte Fili DEI vivi miſerere nobis. *repetitur.* Chriſte Fili &c.

℣. Qui ſedes ad dexteram Patris.

℟. Miſerere nobis.

℣. Gloria P. &c.

℟. Chriſte Fili &c.

℣. Exurge Chriſte adjuva nos.

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter Credo. ℣. Et ego ad te Domine clamavi. ℟. Et manè oratio mea præveniet te. ℣. Repleatur os meum laude. ℟. Ut cantem gloriam tuam. tota die magnitudinem tuam. ℣ Domine averte faciem tuam à peccatis meis. ℟. Et omnes iniquitates meas dele.

℣. Cor mundum crea in me DEUS. ℟. Et spiritum rectum innova in visceribus meis ℣. Ne projicias me a facie tua. ℟. Et Spiritum Sanctum tuum nè auferas à me ℣. Redde mihi lætitiam salutaris tui ℟. Et spiritu principali confirma me. ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini ℟. Qui fecit Cœlum & terram. Confiteor DEO Omnipotenti &c. Misereatur nostri Omnipotens &c. Indulgentiam, absolutionem &c.

℣. Dgnare Domine die isto. ℟. Sine peccato nos custodire. ℣. Miserere nostri Domine ℟. Miserere nostri. ℣. Fiat misericordia tua Domine super nos. ℟. Quemadmodum speravimus in te. ℣. Domine exaudi orationem &c.

℣. Dominus vobiscũ. &c.

Oremus.

DOmine DEUS Omnipotẽs, qui ad principium hujꝰ diei nos pervenire fecisti; tua nos hodie salva virtute; ut in hac die ad nullũ declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendã nostra procedant eloquia, dirigãtur cogitationes, & opera. Per Dom.

℣. Dominus vobiscum &c.

℣. Benedicamus Domino. ℟. DEO gratias. ℣. Pretiosa in conspectu Domini. ℟. Mors Sanctorum ejus.

Sancta MARIA, & omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum; ut nos mereamur ab eo adjuvari, & salvari, qui vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

℣. DEUS in adjutorium meum intende. ℟. Domine ad adjuvandum me festina.

Et dicitur ter.

℣.

℣. Gloria Patri &c. Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie el: Pater noſter. ℣. Reſpice in ſervos tuos Domine, & in opera tua, & dirige filios eorum. ℟. Et ſit ſplendor Domini DEI noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos, & opus manuũ noſtrarum dirige. Gloria Patri, &c.

Oremus.

DIrigere & ſanctificare; regere, & gubernare dignare, Domine DEUS Rex Cœli, & terræ hodie corda & corpora noſtra, ſenſ9, ſermones, & actus noſtros in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum ut hic, & in æternum, te auxiliante ſalvi, & liberi eſſe mereamur Salvator mundi: qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. A.

℣. Jube Domine benedicere, *Ben*: Dies, & actus noſtros in ſua pace diſponat Dominus Omnipotens. A.

Lectio brevis ex Nona.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini ℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

℣. Benedicite. ℟. DEUS Ben. Dominus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per miſericordiã DEI requieſcant in pace. A.

Ad TERTIAM.

NUnc Sancte nobis Spiritus.
Unum Patri cum Filio
Dignare promptus ingeri,
Noſtro refuſus pectori.

Os,

Os, lingua, mens, sensus, vigor,
Confessionem personent,
Flammescat igne charitas,
Accendat ardor proximos.
Præsta Pater piissime,
Patriq; compar unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

LEgem pone mihi Domine viam justificationum tuarum * & exquiram eam semper.

Da mihi intellectũ, & scrutabor legem tuam: * & custodiam illã in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum: * quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua: * & non in avaritiam.

Averte oculos meos, nè videant vanitatem: * in via tua vivifica me.

Statue servo tuo eloquium tuum: * in timore tuo.

Amputa oppprobrium meũ, quod suspicatus sum: * quia judicia tua jucunda.

Ecce concupivi mãdata tua: * in æquitate tua vivifica me.

Et veniat super me misericordia tua Domine: * salutare tuum secundùm eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantib9 mihi verbum: * quia speravi in sermonibus tuis.

Et nè auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque: *

quia

quia in judiciis tuis supersperavi.

Et custodiam legẽ tuam semper: * in sæculum sæculi.

Et ambulabam in latitudine: * quia mãdata tua exquisivi.

Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum: * & non confundebar.

Et meditabar in mã datis tuis: * quæ dilexi

Et levavi manus meas ad mandata tua quæ dilexi: * & exercebar in justificationibus tuis.

MEmor esto verbi tui servo tuo: * in quo mihi spẽ dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea: * quiá eloquium tuũ vivificavit me.

Superbi iniquè agebant usquèquaquè: * à lege autem tua nõ declinavi.

Memor fui judiciorum tuorum à sæculo Domine: * & consolatus sum.

Defectio tenuit me: * pro peccatoribꝰ derelinquentibus legẽ tuam.

Cantabiles mihi erãt justificationes tuæ: * in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte Nominis tui Domine: * & custodivi legem tuam.

Hæc facta est mihi: * quia justificationes tuas exquisivi.

Portio mea Domine: * dixi custodire legem tuam.

depre-

Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo: * miſerere mei ſecundùm eloquium tuum.

Cogitavi vias meas: * & cõverti pedes meos in teſtimonia tua.

Paratus ſum, & non ſum turbatus: * ut cuſtodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi ſunt me: * & legem tuam non ſum oblitus.

Mediâ nocte ſurgebam ad confitendum tibi: * ſuper judicia juſtificationis tuæ.

Particeps ego ſum omnium timentium te * & cuſtodientium mandata tua.

Miſericordiâ tuâ Domine plena eſt terra: * juſtificationes tuas doce me.

BOnitatem feciſti cum ſervo tuo Domine: * ſecundùm verbum tuum.

Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: * quia mandatis tuis credidi.

Priuſquàm humiliater ego deliqui: * propterea eloquium tuum cuſtodivi.

Bonus es tu: * & in bonitate tua doce me juſtificationes tuas.

Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: * ego autẽ in toto corde meo ſcrutabor mãdata tua.

Còágulatum eſt, ſicut lac cor eorum: * ego verò legem tuam meditatus ſum.

Bonum mihi, quia humiliâſti me: * ut diſcã juſtificationes tuas

Bonum mihi lex oris tui: * ſuper millia auri & argenti.

Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me: * da mihi intelle-ctum, & diſcam man data tua.

Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: * quia in verba tua ſuperſperavi.

Cognovi Domine, quia æquitas judicia tua: * & in veritate tua humiliâſti me.

Fiat miſericordia tua, ut conſoletur me * ſecundùm eloquiũ tuum ſervo tuo.

Veniant mihi miſerationes tuæ, & vivã: * quia lex tua, meditatio mea eſt.

Cõfundantur ſuperbi, quia injuſtè iniquitatẽ fecerunt in me: * ego autem exercebor in mandatis tuis.

Convertantur mihi timentes te: * & qui noverunt teſtimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis: * ut non confundar.

Ad SEXTAM.

RECtor potens, verax DEUS,
Qui temperas rerum vices,
Splendore manè illuminas,
Et ignibûs meridiem.
Extingue flammas litium,
Aufer calorẽ noxium,
Confer ſalutem corporum,
Veramq; pacem cordium.
Præſta Pater piiſſime,
Patriq; compar unice,

Cum

Cum Spiritu Paraclito, Regnans per omne sæculum. Amen.

DEfecit in salutare tuum anima mea: * & in verbum tuum supersperavi.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuũ: * dicentes: Quando consolaberis me.

Quia factus sum sicut uter in pruina: * justificationes tuas nõ sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui:* quando facies de persequentib9 me judicium.

Narraverunt mihi iniqui fabulationes: * sed non ut lex tua.

Omnia mandata tua veritas: * iniquè persecuti sunt me, adjuva me.

Paulò minùs consũmaverunt me in terra: * ego autẽ non dereliqui mandata tua.

Secundùm misericordiam tuã vivifica me: * & custodiam testimonia oris tui.

In æternum Domine: * verbum tuum permanet in Cœlo.

In generationem, & generationem veritas tua: * fundâsti terrã, & permanet.

Ordinatione tuâ perseverat dies: * quoniã omnia serviunt tibi.

Nisi, quòd lex tua meditatio mea est: * tunc fortè periissem in humilitate mea.

In æternum non obliviscar justificationes tuas: * quia in ipsis vivificâsti me.

Tuus

Tuus ſum ego, ſalvum me fac: * quoniam juſtificationes tuas exquiſivi.

Me expectaverunt peccatores, ut perderent me: * teſtimonia tua intellexi.

Omnis conſummationis vidi finẽ: * latum mandatum tuum nimis.

Quomodo dilexi legem tuam Domine? * totâ die meditatio mea eſt.

Super inimicos meos prudentem me feciſti mandatô tuô: * quia in æternum mihi eſt.

Super omnes docẽtes me intellexi: * quia teſtimonia tua, meditatio mea eſt.

Super ſenes intellexi: * quia mandata tua quæſivi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: * ut cuſtodiã verba tua.

A judiciis tuis non declinavi: * quia tu legem poſuiſti mihi.

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua: * ſuper mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi: * propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibꝰ meis verbum tuũ: * & lumen ſemitis meis.

Juravi, & ſtatui: * cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ.

Humiliatus ſum uſquequaque Domine: * vivifica me ſecundùm verbum tuum.

Volun-

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: * & judicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis ſemper: * & legem tuam non ſum oblitus.

Poſuerunt peccatores laqueum mihi: * & de mandatis tuis non erravi.

Hæreditate acquiſivi teſtimonia tua in æternum: * quia exultatio cordis mei ſunt.

Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas in æternũ: * propter retributionem.

INiquos odiô habui: * & legem tuam dilexi.

Adjutor, & Suſceptor meus es tu: * & in verbum tuum ſuperſperavi.

Declinate à me maligni: * & ſcrutabor mandata DEI mei.

Suſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & vivam: * & non confundas me ab exſpectatione mea.

Adjuva me, & ſalvꝰ ero: * & meditabor in juſtificationibꝰ tuis ſemper.

Spreviſti omnes diſcedentes à judiciis tuis: * quia injuſta cogitatio eorum.

Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: * ideo dilexi teſtimonia tua.

Confige timore tuo cernes meas: * à judiciis enim tuis timui.

Feci judicium, &

juſti-

justitiam: * non tradas me, calumniantibus me.

Suscipe servum tuum in bonum: * non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuũ, * & in eloquium justitiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secundùm misericordiam tuã: * & justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego: * da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi Domine: * dissipaverunt legem tuam.

Ideo dilexi mãdata tua: * super aurum, & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: * omnem viam iniquam odiô habui.

Ad NONAM.

Rerum DEUS tenax, vigor
Immotus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora,
Successibꝰ determinãs.

Largire lumen vespere,
Quò vita nusquam decidat,
Sed præmium mortis sacræ,
Perennis instet gloria.

Præsta Pater piissime
Patriq; compar unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

Mirabilia testimonia tua: * ideò srutata est anima mea

Declaratio sermonum tuorum illuminat:

nat: * & intellectum dat parvulis.

Os meum aperui, & attraxi ſpiritum: * quia mandata tua de ſiderabam.

Aſpice in me, & mi ſerere mei: * ſecun dùm judicium diligẽ tium Nomen tuum.

Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum: * & non do minetur mei omnis injuſtitia.

Redime me à calu mniis hominum: * ut cuſtodiã mandata tua

Faciem tuam illu mina ſuper ſervũ tu um: * & doce me ju ſtificationes tuas.

Exitus aquarum de duxerunt oculi mei: * quia non cuſtodie runt legem tuam.

Juſtus es Domine: * & rectum judicium tuum.

Mandâſti juſtitiam teſtimonia tua: * & veritatem tuã nimis.

Tabeſcere me fecit zelus meus: * quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: * & ſervus tuus dile xit illud.

Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus: * juſtificationes tuas non ſum oblitus.

Juſtitia tua, juſtitia in æternum: * & lex tua, veritas.

Tribulatio, & an guſtia invenerũt me: * mandata tua medi tatio mea eſt.

Æquitas teſtimonia

tua in æternum * intellectum da mihi, & vivam.

CLamavi in toto corde meo, exaudi me Domine: * justificationes tuas requiram.

Clamavi ad te, salvum me fac: * ut custodiam mandata tua.

Præveni in maturitate, & clamavi: * quia in verba tua supersperavi.

Prævenerunt oculi mei ad te diluculô: * ut meditarer eloquia tua.

Vocem meã audi secundùm misericordiã tuã Domine: * & secundùm judicium tuum vivifica me.

Appropinquaverũt persequentes me iniquitati: * à lege autẽ tua longè facti sunt.

Prope es tu Domine: * & omnes viæ tuæ veritas.

Initiô cognovi de testimoniis tuis: * quia in æternum fundâsti ea.

Vide humilitatem meam, & eripe me: * quia legem tuam nõ sum oblitus.

Judica judiciũ meum, & redime me: * propter eloquium tuum vivifica me.

Longè à peccatoribus salus: * quia justificationes tuas nõ exquisiêrunt.

Misericordiæ tuæ multæ Domine: * secundùm judiciũ tuum vivifica me.

Multi, qui perse-

quuntur me, & tribu lãt me: * à testimoniis tuis non declinavi.

Vidi prævaricantes, & tabescebam: * quia eloquia tua non cu stodiêrunt.

Vide, quoniã man data tua dilexi Domi ne: * in misericordia tua vivifica me.

Principium verbo rum tuorum veritas: * in æternum omnia judicia justitiæ tuæ.

PRincipes persecuti sunt me gratis: * & à verbis tuis formida vit cor meum.

Lætabor ego super eloquia tua: * sicut, qui invenit spolia multa.

Iniquitatem odiô habui, & abominatus sum: * legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi, * super judicia justitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam; * & non est illis scandalũ.

Expectabã salutare tuum Domine: * & mandata tua dilexi.

Custodivit anima mea testimonia tua; * & dilexit ea vehementer.

Servavi mãdata tua, & testimonia tua; * quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine;* juxta eloquium tuũ da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: * secundùm eloquiũ tuum eripe me.

Eru-

Eructabunt labia mea hymnum; * cùm docueris me justificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum; * quia omnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua, ut salvet me; * quoniam mandata tua elegi.

Concupivi salutare tuum Domine; * & lex tua, meditatio mea est.

Vivet anima mea & laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me.

Erravi sicut ovis, quæ periit: * quære servum tuum, quia mandata tua non sũ oblitus.

Ad VESPERAS.

DIxit Dominus Domino meo: * sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos: * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus Sanctorum: * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: * tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis: * confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibꝰ, implebit ruinas * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via

bibet: * propterea e-xaltabit caput.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: * in consilio justorum, & congregatione.

Magna opera Domini: * exquisita in omnes voluntates ejꝰ.

Confessio, & magnificentia opus ejus: * & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus: * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui: * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.

Ut det illis hæreditatẽ gentium: * opera manuum ejus veritas, & judicium.

Fidelia omnia mandata ejus: * confirmata in sæculum sæculi: * facta in veritate, & æquitate.

Redemptionem misit populo suo: * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, & terribile Nomen ejus: * initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus faciẽtibus eũ: * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Beatus vir, qui timet Dominum: * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus: * generatio rectorum benedice-

dicetur.

Gloria, & divitiæ in domo ejus: * & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis: * misericors, & miserator, & justus.

Jucundus homo, qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in judicio: * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus: * ab auditione mala non timebit.

Paratũ cor ejus sperare in Domino, confirmatum est cor ej9: * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in sæculum sæculi: * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur; dentibûs suîs fremet, & tabescet: * desideriũ peccatorum peribit.

LAudate pueri Dominum: * laudate Nomen Domini.

Sit Nomen Domini benedictum: * ex hoc nunc, & usq; in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum: * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Domin9: * & super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus DEUS noster, qui in altis habitat: * & hu-

milia respicit in cœlo, & in terra.

Suscitans à terra inopem: * & de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cũ principibus: * cũ principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilẽ in domo: * matrẽ filiorum lætantem

In primis Vesp. Laudate Dominũ omnes gentes, &c.

Pro Martyr.

CRedidi, propter quod locutus sũ: * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: * omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: * pro omnib9, quæ retribuit mihi.

Calicem salutaris accipiam: * & Nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorũ ejus.

O! Domine, quia ego servus tuus: * & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: * in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Pro Pontifice.

MEmento Domine David: * & omnis mansvetudinis ejus.

Sicut juravit Domino:

mino: * votum vovit DEO Jacob.
Si introiêro in tabernaculum Domûs meæ: * si ascendero in lectum strati mei.
Si dedero somnum oculis meis: * & palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis: donec inveniam locum Domino: * tabernaculum DEO Jacob.
Ecce audivimus eã in Ephrata: * invenimus eam in campis sylvæ.
Introibimus in tabernaculum ejus: * adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ej9
Surge Domine in requiem tuam: * tu & arca sanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur justitiam: * & Sancti tui exultent.
Propter David servum tuum: * nõ avertas faciem Christi tui.
Juravit veritatẽ, & nõ frustrabitur eam: * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
Si custodierint filii tui testamẽtum meũ: * & testimonia mea hæc, quæ docebo eos.
Et filii eorum usq; in sæculum: * sedebũt super sedem tuam.
Quoniam elegit Dominus sion: * elegit eã in habitationem sibi.
Hæc requies mea in sæculum sæculi: * hìc habitabo, quoniam elegi eam.
Viduam ejus bene-

dicens

dicens benedicam: * pauperes ejus saturabo panibûs.
Sacerdotes ejus induā salutari: * & Sancti ejus exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu David: * paravi lucernam Christo meo.
Inimicos ejus induā confusione: * super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.
Pro Virg: & non Virg.
Dixit Dominus Domino meo. &c.
Laudate pueri. &c.
Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * in domum Domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: * in atriis tuis Jerusalem.
Jerusalem, quæ ædificatur ùt civitas: * cujus participatio ejus in id ipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini: * testimonium Israel ad confitendū Nomini Domini.
Quia illuc sederunt sedes in judicio: * sedes super domum David.
Rogate, quæ ad pacem sunt Jerusalem: * & abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: * & abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos & proximos meos: * loquebar pacē de te
Propter domum Domini DEI nostri: * quæsivi bona tibi.
Nisi Dominus ædificaverit domum;* in

in vanum laboraverunt, qui ædificãt eã.

Nisi Dominus custodierit civitatem: * frustra vigilat, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis suis somnum: * ecce hæreditas Domini, filii, merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: * ità filii excussorum.

Beatus vir, qui implevit desiderium suũ ex ipsis: * non confũdetur, cùm loquetur inimicis suis in porta.

Etiã pro Dedicatione.

LAuda Jerusalẽ Dominum: * lauda DEUM tuum Sion.

Quoniam conforravit serras portarum tuarum: * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: * & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquiũ suum terræ: * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nebulam, sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam, sicut buccellas: * ante faciem frigoris ejus, quis sustinebit.

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: * flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob: * justitias, & judicia sua Israel.

Non

Non fecit taliter omni nationi: * & judicia sua non manifestavit eis.

Pro Dominica.

IN exitu Israel de Ægypto: * domus Jacob de populo barbaro.

Facta est Judæa sanctificatio ejus: * Israel, potestas ejus.

Mare vidit & fugit: * Jordanis conversus est retrorsum.

Mōtes exultaverunt ut arietes: * & colles sicut agni ovium.

Quid est tibi mare, quòd fugisti: * & tu Jordanis, quia cōversus es retrorsum?

Montes exultâstis sicut arietes: * & colles sicut agni ovium.

A facie Domini mota est terra: * à facie DEI Jacob.

Qui convertit petram in stagna aquarum: * & rupem in fontes aquarum.

Non nobis Domine, non nobis: * sed Nomini tuo da gloriam.

Super misericordia tua, & veritate tua: * nè quando dicant gẽtes: ubi est DEUS eorum?

DEUS autem noster in cœlo: * omnia quæcunq; voluit, fecit.

Simulacra gentium argentum, & aurum; * opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur: * oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & nō

audient: * nares habent, & nõ odorabũt.

Manus habent, & non palpabunt; pedes habent, & non ambulabunt: * non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant, qui faciunt ea: * & omnes, qui confidunt in eis.

Domus Israel speravit in Domino: * adjutor eorum, & protector eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino: * adjutor eorũ, & protector eorum est.

Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: * adjutor eorum, & protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri: * & benedixit nobis.

Benedixit domui Israel: * benedixit Domui Aaron.

Benedixit omnibus qui timent Dominũ: * pusillis cũ majoribus.

Adjiciat Dominus super vos: * super vos & super filios vestros.

Benedicti vos à Domino, qui fecit Cœlum & terram.

Cœlum Cœli Domino: * terram autẽ dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te Domine: * neque omnes, qui descendunt in infernũ.

Sed nos, qui vivimus, benedicimꝰ Domino: * ex hoc nunc, & usq; in sæculum.

Pro Angelis.

Confitebor tibi Domine in toto corde

de meo: * quoniã audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi: * adorabo ad templum sanctum tuum, & cõfitebor Nomini tuo.

Super misericordia tua, & veritate tua: * quoniã, magnificasti super omne Nomen sanctum tuum.

In quacunque die invocavero te; exaudi me: * multiplicabis in anima mea virtutẽ.

Confiteantur tibi Domine omnes Reges terræ: * quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini: * quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus: & humilia respicit, & alta à longè cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me:* & super iram inimicorum meorũ extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: * Domine misericordia tua in sæculum, opera manuum tuarum nè despicias.

℣℣. & ℟℟. *de Tempore.*

S*Abb:* ℣. Vespertina oratio ascendat ad te Domine. ℟. Et descendat super nos misericordia tua.

In Adv: ℣. Rorate Cœli desuper, & nubes pluant justum. ℟. Adaperiatur terra, & germinet Salvatorem.

In Quadr: ℣. Angelis suis DEUS mandavit de te. ℟. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In Passion: ℣. Eripe me Domine ab homine malo. ℟. A viro iniquo eripe me.

Ad COMPLETORIUM.

℣. ℟. Jube Domne benedicere.

Ben: Noctem quietam, & finem perfectum concedat nobis Dominus Omnipotens. Amen.

Fratres sobrii estote & vigilate, quia adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens, quem devoret; cui resistite fortes in fide. Tu autem Domine miserere nobis.

℟. DEO gratias.

Adjutorium nostrum in nomine &c. Pater noster &c. Confiteor &c. Misereatur nostri &c. Indulgentiam absolutionem &c.

Ant: Miserere. *v*. All.

CUm invocarem, exaudivit me DEUS justitiæ meæ: * in tribulatione dilatâsti mihi.

Miserere mei: * & exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gravi corde: * ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et scitote, quoniam mirificavit Dominus sanctum suũ: * Dominus exaudiet me, cùm clamavero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus vestris in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ: * & sperate in Domino.

Multi dicunt: * Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultûs tui Domine: * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui: * multiplicati sunt.

In pace in ìdipſum dormiam: * & requieſcam.

Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

IN te Domine ſperavi, non confundar in æternum:* in juſtitia tua libera me.

Inclina ad me aurẽ tuam, accelera, ut eruas me.

Eſto mihi in DEUM protectorẽ, & in domum refugii: * ut ſalvum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: * & propter Nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi: * quoniam tu es protector meus.

In manus tuas cõmẽdo ſpiritum meũ: * redemiſti me Domine DEUS veritatis.

QUI habitat in adjutorio Altiſſimi: * in protectione DEI Cœli commorabitur.

Dicet Domino, Suſceptor meus es tu, & refugium meum: * DEUS meus, ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium: * & à verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: * ſub pennis ejus ſperabis.

Scutô circumdabit te veritas ejus: * non timebis à timore nocturno.

A ſa-

A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: * ab incurſu, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: * ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis conſiderabis: * & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine ſpes mea: * altiſſimum poſuiſti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: * & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis ſuis mandavit de te: * ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: * ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidē & baſiliſcum ambulabis: * & conculcabis leonē & draconem.

Quoniam in me ſperavit, liberabo eum: * protegā eum, quoniam cognovit Nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione: * eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierū replebo eum: * & oſtendam illi ſalutare meum.

Ecce nunc benedicite Dominum: * omnes ſervi Domini.

Qui

Qui ſtatis in domo Domini: * in atriis domûs DEI noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion: * qui fecit Cœlum, & terrã.

Ant: Miſerere mihi Domine, & exaudi orationem meam. *vel* All: All: Allel.

TE lucis ante terminum
Rerum Creator poſcimus,
Ut pro tua clementia,
Sis Præſul & cuſtodia.

Procul recedant ſomnia,
Et noctium phantaſmata;
Hoſtemq; noſtrum comprime,
Nè polluantur corpora,

Præſta Pater piiſſime,
Patriq; compar unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne ſæculum. Amen.

TU autem in nobis es Domine, & Nomen Sanctum tuum invocatum eſt ſuper nos Domine DEUS noſter.

℟. DEO gratias. In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. In manus. Redemiſti nos Domine DEUS veritatis. Commendo. Gloria Patri. In manus tuas. ℣. Cuſtodi nos Domine ut pupillam oculi. ℟. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

Antiph: Salva nos.

NUnc dimittis ſervum tuum Domine: * ſecundùm verbũ tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: * ſalutare tuum.

Quod paraſti: * ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium: * & gloriam plebis tuæ Iſrael. Gloria Patri.

Ant: Salva nos Domine vigilantes, cuſtodi nos dormientes; ut vigilemus cum Chriſto, & requieſcamus in pace.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. Credo. ℣ Benedictus es Domine DEUS Patrum noſtrum. ℟. Et laudabilis, & glorioſus in ſæcula. ℣ Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu. ℟ Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula. ℣. Benedictus es Domine in firmamento Cœli. ℟. Et laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula. ℣. Benedicat, & cuſtodiat nos Omnipotens, & miſericors Dominus, ℟. Amen. ℣. Dignare Domine nocte iſta. ℟. Sine peccato nos cuſtodire. ℣. Miſerere noſtri Domine. ℟. Miſerere noſtri. ℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos. ℟ Quemadmodum ſperavimus in te. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Viſita quæſumus Domine habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longè repelle: Angeli tui Sancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant: Et benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dominum &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Benedicamus Domino. ℟. DEO gratias. *Ben:* Benedicat, & cuſtodiat nos Omnipotens, & miſericors Dominus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

Ad LAUDES.

De Dominica à Sept.

Miſerere mei DEus: * ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

Et

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum: * dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: * & peccatũ meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: * ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatẽ dilexiſti: * incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtâſti mihi.

Aſperges me hyſopô, & mundabor: * lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: * & exultabunt oſſa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me DEUS: * & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Nè projicias me à facie tua: * & Spiritũ Sanctum tuum nè auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: * & ſpiritû principali cõfirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.

Libera me de ſanguinibus DEUS, DEUS ſalutis meæ: * & exultabit lingua mea juſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utiq; * holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium DEO, ſpiritus contribulatus: * cor contritum & humiliatum DEUS non deſpicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion:* ut ædificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes, & holocauſta: * tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

CONfitemini Domino quoniam bonus: * quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

Dicat nunc Iſrael quoniã bonus: * quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: * quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

Dicant nunc, qui timent Dominum: * quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

De tribulatione invocavi Dominum: * & exaudivit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adjutor: * non timebo, quid faciat mihi ho-

Dominus mihi adjutor: * & ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Domino: * quàm confidere in homine.

Bonum est sperare in Domino: * quàm sperare in principibus.

Omnes gentes circuiêrunt me: * & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me: * & in Nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Circumdederũt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: * & in Nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Impulsus eversus sũ ut caderem: * & Dominus suscepit me.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus: * & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis & salutis: * in tabernaculis justorum.

Dextera Domini fecit virtutem; dextera Domini exaltavit me: * dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed vivam: * & narrabo opera Domini.

Castigans castigavit me Dominus:* & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in eas, confitebor Domino: * hæc porta Domini, justi intrabunt in eam.

Cõfitebor tibi, quoniam exaudisti me: *

& factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobaverunt ædificãtes: * hic factus est in caput anguli.

A Domino factũ est istud: * & est mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dominus: * exultemus, & lætemur in ea.

O Domine salvum me fac, o! Domine bene prosperare:* benedictus qui venit in Nomine Domini.

Benediximus nobis de domo Domini: * DEUS Dominus, & illuxit nobis.

Constituite diem solemnem in condensis: * usq; ad cornu altaris.


DEUS meus es tu, & confitebor tibi * DEUS meus es tu, & exaltabo te.

Cõfitebor tibi, quoniam exaudisti me: * & factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino, quoniam bonus: * quoniam in sæculum misericordia ejus.


DEUS DEUS meus ad te de luce &c.





DIVINA OFFICIA SANCTORUM.

Quæ in antiquis Breviariis desiderantur.



JANUARIUS.

Dominica 2da post Epiphaniam.
Ssmi NOMINIS JESU.
Dx. 2dæ Classis.

Ad VESPERAS.

Antiph: Omnis, qui invocaverit Nomen Domini, salvus erit. *Psalm:* Dixit Dominu. *cum reliq. de Dominica. & loco ultimi, Psalm:* Credidi. *Ant:* Sanctum & terribile Nomen ejus: initium sapientiæ timor Domini. *Ant:* Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in DEO JESU meo. *Ant:* A solis ortu usq; ad occasum, laudabile Nomen Domini. *Ant:* Sacrificabo hostiam laudis, & Nomen Domini invocabo.

Capitulum Phil. 2.

FRatres, Christus humiliavit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & DEUS exaltavit illum, & donavit illi Nomen, quod est super omne nomẽ; ut in Nomine JESU omne genu flectatur.

HYMNUS.

JESU dulcis memoria,
Dans vera cordi gaudia:

Sed super mel, & omnia
Ejus dulcis præsentia.
Nil canitur suavius,
Nil auditur jucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quàm JESUS DEI Filius.
JESU spes pœnitentibus,
Quàm pius es petentibus!
Quàm bonus te quærentibus!
Sed quid invenientibus?
Nec lingua valet dicere,
Nec littera exprimere,
Expertus potest credere,
Quid sit JESUM diligere.
Sis, JESU, nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium,
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula. Amen.

℣. Sit Nomen Domini benedictum. Alleluja.
℟. Ex hoc nunc, & usq; in sæculum. Alleluja.

Ad Magnificat, Antiphona.

Fecit mihi magna, qui potens est; & Sanctum Nomen ejus. Alleluja.

Oratio.

DEUS, qui Unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, & JESUM vocari jussisti: concede propitius; ut cujus Sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quoq; aspectu perfruamur in Cœlis. Per eundem D.

Et fit Comm: Dom. 2da post Epiph.

Ant. Suscepit DEUS Israel puerum suum: sicut

cut locutus est ad Abraham, & semen ejus: exaltare humiles usq; in sæculum.

℣. Vespertina oratio ascendat ad te Domine.
℟. Et descendat super nos misericordia tua.

Oratio.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui cœlestia simul & terrena moderaris: supplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus. Per Dominum.

Ad Completorium & per Horas diei, in fine Hymnorum dicitur.

JESU, tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine.

Ad Matut: Invitat. Admirabile Nomen JESU, quod est super omne nomen, * Venite, adoremus.
Psalmus. Venite. *Hymnus.*

JESU Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis.
Quando cor nostrum visitas,
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vilescit vanitas,
Et intus fervet charitas.
JESU dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.
JESUM omnes agnoscite,
Amorem ejus poscite,
JESUM ardenter quærite,
Quærendo inardescite.

Te

Te nostra, JESU, vox sonet:
Nostri te mores exprimant:
Te corda nostra diligant,
Et nunc, & in perpetuum. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Domine Dominus noster, quàm admirabile est Nomen tuum in universa terra. *Psalm:* Domine Dominus noster. *cum reliq. ut in Officio Parvo B. M. Psalmus idem incipit à secundo.* ℣. Quoniam elevata est. *Ant:* In Nomine JESU omne genu flectatur, Cœlestium, terrestrium, & infernorum. *Psalm:* Cœli enarrant. 89. *Ant.* Confitemini Domino, & invocate Nomen ejus: memento, quoniam excelsum est Nomen ejus. *Psalm.* Domini est terra. 91. ℣. Propter Nomē tuum Domine, propitiaberis peccato meo. ℟. Multum est enim. Pater noster. *Absol.* Exaudi Dne. *Bndctio.* Benedictione perpetua.

De Actibus Apostolorum.

Lectio 1. Cap. 3.

PEtrus autem, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam tēpli, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum, & Joannem incipientes introire in templum, rogabat, ut eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus

autem dixit: Argentum, & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In Nomine JESU Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Et apprehenſa manu ejus dextera, allevavit eum. Et protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus, & plantæ. Et exiliens ſtetit, & ambulabat: & intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans DEUM.

℟. Ecce concipies, & paries Filium, & vocabis Nomen ejus JESUM: * Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

℣. Vocatum eſt Nomen ejus JESUS, quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam, in utero conciperetur. Ipſe enim.

Benedictio. Unigenitus DEI Filius.

Lectio 2.

ET vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem DEUM. Cognoſcebant autem illum, quod ipſe erat, qui ad eleemoſynam ſedebat ad ſpecioſam portam templi: & impleti ſunt ſtupore, & extaſi in eo, quod contigerat illi. Cùm teneret autem Petrum & Joannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Salamonis, ſtupentes. Videns autem Petrus, reſpondit ad populum: Viri Iſraelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute, aut poteſtate fecerimus hunc ambulare? DEUS Abraham, DEUS Iſaac, & DEUS Jacob, DEUS Patrum noſtrorum glorificavit Filium ſuum JESUM, quem vos quidem tradidiſtis, & negaſtis ante faciem Pilati, judicante illo

dimitti.

dimitti. Vos autem Sanctum, & justum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: Auctorem verò vitæ interfecistis, quem DEUS suscitavit à mortuis, cujus nos testes sumus. Et in fide Nominis ejus hunc, quem vos vidistis, & nostis, confirmavit nomen ejus: & fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.

℟. Benedictum est Nomen tuum, DEUS, Patrum nostrorum, qui cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis: * Et in tempore tribulationis peccata dimittis.

℣. Benedictum Nomen majestatis tuæ in æternum, qui facis mirabilia solus. Et in tempore.

Benedictio. Spiritus Sancti.

Lectio 3. Cap. 4.

FActum est autem in crastinum, ut congregarentur principes eorum, & Seniores, & scribæ in Jerusalem, & Annas Princeps Sacerdotum, & Caiphas, Joannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sacerdotali, & statuentes eos in medio interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus Spiritu Sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & Seniores, audite. Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste salvus factus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in Nomine Domini nostri JESU Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem DEUS suscitavit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est à vo-

bis edificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

℞. Laudabo Nomen tuum assiduè, * Et collaudabo illud in confessione.

℣. Lætabor, & exultabo in te: psallam Nomini tuo, Altissime. Et collaudabo. Gloria Patri, &c. Et collaudabo.

In secundo Nocturno.

Ant. Memores erunt Nominis tui, Domine, in omni generatione, & generationem.

Psalm: 44. Eructavit cor meum verbum bonum: *cum reliquis. pag: 92.*

Ant. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus Nomen ejus in idipsum.

Psalm. 45. DEUS noster refugium, &c. *p. 114.*

Ant. Omnes gentes, quascumq; fecisti, venient, & adorabunt coram te, Domine, & glorificabunt Nomen tuum.

Psalm: 86. Fundamenta ejus, &c. *pag. 118.*

Ant. Omnes gentes, quascumq; fecisti, venient, & adorabunt coram te, Domine, & glorificabunt Nomen tuum.

℣. Propter gloriam Nominis tui Domine libera nos.

℞. Et propitius esto peccatis nostris propter Nomen tuum. Pater noster.

Absolutio Ipsius pietas.

Benedictio. DEUS Pater.

Sermo

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Serm: 15. super Cantica, circa medium.

Lectio 4.

NOn otiosè Spiritus Sanctus nomen Sponsi oleo comparat, cùm ità doceat sponsam ad sponsum clamare: Oleum effusum nomen tuum. Oleum enim lucet, pascit, & ungit. Fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem: lux, cibus, medicina. Vide idem nunc & de sponsi nomine. Lucet prædicatum, pascit recognitatum, invocatum lenit, & ungit. Et percurramus singula. Unde putas in toto orbe tanta, & tam subita fidei lux, nisi de prædicato Nomine JESU? Nonne in hujus nominis luce DEUS nos vocavit in admirabile lumen suum, quibus illuminatis, & in lumine isto videntibus lumen, dicat meritò Paulus; Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

℟. Sperent in te, qui noverunt Nomen tuum: * Quoniam non dereliquisti quærentes te, Domine.

℣. Exurge Domine, adjuva nos, & libera nos propter Nomen tuum. Quoniam.

Benedictio. Christus perpetuæ.

Lectio 5.

HOc deniq; Nomen coram Regibus, & Gentibus, & filiis Israel portare jussus est idem Apostolus; & portabat nomen, tamquam lumen, & illuminabat patriam, & clamabat ubique: Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma

lucis.

lucis, ficut in die honeftè ambulemus. Et monftrabat omnibus lucernam fuper candelabrum, annuntians in omni loco JESUM, & hunc Crucifixum. Quomodo lux ifta refplenduit, ac perftrinxit cunctorum intuentium oculos, quando de ore Petri, tamquam fulgur egrediens, claudi unius corporales plantas folidavit & bafes, multosq; fpiritualiter cæcos illuminavit? Numquid non ignem fparfit; cùm ait: In Nomine JESU Chrifti Nazareni furge, & ambula?

℟. Confiteamur nomini tuo magno, * Quoniam terribile, & fanctum eft.

℣. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in Nomine Domini DEI noftri invocabimus. Quoniam.

Benedictio. Ignem fuis amoris.

Lectio 6.

NEc tantum lux eft Nomen JESU, fed eft & cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid æquè mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat fenfus, virtutes roborat, vegetat mores bonos atq; honeftos, caftas fovet affectiones? Aridus eft omnis animæ cibus, fi non oleo ifto infunditur. Infipidus eft, fi non hoc fale conditur. Si fcribas, non fapit mihi, nifi legero ibi JESUM. Si difputes, aut conferas, non fapit mihi, nifi fonuerit ibi JESUS. JESUS mel in ore, in aure melos, in corde jubilus. Sed eft & medicina. Triftatur aliquis noftrum? Veniat in cor ejus JESUS, & inde faliat in os. Et ecce ad exortum

nomi-

nominis lumen, nubilum omne diffugit, redit serenum. Labitur quis in crimen? currit insuper ad laqueum mortis desperando? Nonnè, si invocet nomen vitæ, confestim respirabit ad vitam?

℞. Lætentur omnes, qui sperant in te, Domine, in æternum exultabunt, & habitabis in eis, & gloriabuntur in te omnes, * Qui diligunt Nomen tuum.

℣. Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in Nomine tuo exultabunt tota die. Qui. Gloria Patri. Qui.

In Tertio Nocturno.

Antiph. Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: annunciate de die in diem salutare ejus.

Psalm. 95. Cantate Domino canticum novum, &c. *cum reliquis pag: 140.*

Ant. Secundùm Nomen tuum DEUS, sic & laus tua in fines terræ; justitia plena est dextera tua.

Psalm. 96. Dominus regnavit, &c. *pag. 135.*

Ant. Cantate DEO, psalmum dicite Nomini ejus: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus Nomen illi.

Psalm. 97. Cantate Domino canticum novum: * quia mirabilia fecit, &c. *pag. 99.*

Ant. Cantate DEO, psalmum dicite Nomini ejus: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus Nomen illi.

℣. Afferte Domino gloriam, & honorem.

℞. Afferte Domino gloriam Nomini ejus. Pater noster.

Absolutio. A vinculis.

Benedictio. Evangelica lectio, &c.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio 7. Cap. 2. b.

IN illo tempore: Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur Puer, vocatum est Nomen ejus JESUS. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abbatis.

Serm 1. de Circumcisione.

MAgnum & mirabile Sacramentum. Circumciditur Puer, & vocatur JESUS. Quid sibi vult ista connexio? Circumcisio nempe magis salvandi, quàm Salvatoris esse videtur: & Salvatorem circumcidere potiùs decet, quàm circumcidi. Sed agnosco mediatorem DEI, & hominum, qui ab ipso nativitatis suæ exordio divinis humana sociat, ima summis. Nascitur ex muliere, sed cui fæcunditatis fructus sic accedat, ut non decidat flos virginitatis. Pannis involuitur: sed panni ipsi Angelicis laudibus honorantur. Absconditur in præsepio: sed proditur radiante stella de Cœlo. Sic & circumcisio veritatem susceptæ probat humanitatis & Nomen, quod est super omne nomen, gloriam indicat majestatis. Circumciditur tamquam verus Abrahæ filius; JESUS vocatur, tamquam Filius DEI.

℟. Tribulationem & dolorem inveni: * Et Nomen Domini invocavi.

℣. Turris fortissima Nomen Domini, in ipso speravi, & adjutus sum. Et Nomen.

Benedictio. Divinum auxilium.

Lectio

Lectio 8.

NEq; enim ad inſtar priorum meus iſte JESUS nomen vacuum, aut inane portat. Non eſt in eo magni nominis umbra, ſed veritas. Cœlitus ſiquidem inditum nomen Evangeliſta teſtatur, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in utero conciperetur. Et attende verbi profunditatem: Poſtquam natus eſt JESUS. JESUS vocatur ab hominibus, qui vocatus eſt ab Angelo, priuſquam in utero conciperetur. Idem quippe & Angeli Salvator, & hominis; ſed hominis ab incarnatione, Angeli ab initio creaturæ. Vocatum eſt, ait, Nomen ejus JESUS, quod vocatum eſt ab Angelo. In ore ergo duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum; & ipſum, quod in Propheta abbreviatum, manifeſtius in Evangelio legitur, Caro factum.

℟. Expectabo Nomen tuum, Domine, * Quoniam bonum eſt in conſpectu Sanctorum tuorũ.

℣. Ut confiteamur Nomini Sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

Benedictio. Ad ſocietatem.

Lectio 9.

Ex Dominica II. poſt Epiphaniam.

Lectio Sancti Evangelii ſecundum Joannem.

IN illo tempore: Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat Mater JESU ibi. Vocatus eſt autem & JESUS, & Diſcipuli ejus ad nuptias. Et reliqua. Homilia S. Auguſtini Epiſcopi.

Tract. 9. in Joann. poſt init.

Quod

QUod Dominus invitatus venit ad nuptias, etiam excepta myſtica ſignificatione, confirmare voluit quod ipſe facit nuptias. Futuri enim erant, de quibus dixit Apoſtolus, proh bentes nubere, & dicentes, quod malum eſſent nuptiæ, & diabolus eas feciſſet: cum idem Dominus dicat in Evangelio, interrogatus, utrum liceat homini dimittere uxorem ſuam ex qualibet cauſa? non licere, excepta cauſa fornicationis. In qua reſponſione, ſi meminiſtis, hoc ait: Quod DEUS conjunxit, homo non ſeparet.

HYMNUS.

TE DEUM laudamus, * &c.

AD LAUDES.

Et per Horas, Antiphona.

Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.

Antiph. Scitote, quia Dominus ipſe eſt DEUS, cujus nomen in æternum.

Antiph. Sitivit anima mea ad Nomen Sanctum tuum, Domine.

Antiph. Benedictum Nomen gloriæ tuæ Sanctum, & laudabile ſuperexaltatum in ſæcula.

Antiph. Juvenes & virgines, ſenes cum junioribus laudate Nomen Domini, quia exaltatum eſt Nomen ejus ſolius.

Capitulum. Philip. 2.

FRatres, Chriſtus humiliavit ſemetipſum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis, proptor quod & DEUS exaltavit illum, & donavit illi Nomen, quod eſt ſuper omne nomē; ut in Nomine JESU omne genu flectatur,

HYMNUS:

JESU decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar Cœlicum.
Qui te gustant, esuriunt;
Qui bibunt, adhuc sitiunt;
Desiderare nesciunt
Nisi JESUM, quem diligunt.
O! JESU mi dulcissime,
Spes suspicantis animæ!
Te quærunt piæ lacrymæ,
Te clamor mentis intimæ.
Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsâ mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.
JESU, flos Matris Virginis,
Amor nostræ dulcedinis,
Tibi laus, honor Nominis,
Regnum beatitudinis. Amen.

℣. Adjutorium nostrum in Nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

Ad Benedictus Antiphona.

Dedit se, ut liberaret populum, & accquireret sibi nomen æternum. Amen.

In II. Vesperis omnia dicuntur sicut in primis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Vocabis Nomen ejus JESUM, ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Alleluja.

Oratio. DEUS, qui Unigeniti &c.

FEBRUARIUS.

Die V. Februarii.

SSS. PAULI, JOANNIS, & JACOBI.

Martyrum Japonensium Soc. JESU. Duplex Majus.

ORATIO.

DEUS, qui primitias Fidei apud Japoniæ Gentes, Beatorum Martyrum tuorum Pauli, Joannis, & Jacobi sanguine confirmasti: concede propitius, ut ad tui Nominis confessionem, quorum excitamur exemplis, eorum precibus adjuvemur. Per Dominum &c.

Lectio I. Nocturni.

FRatres debitores sumus, non carni, ut secundum carnem vivamus &c.

Lectio IV.

TAicosama Japoniæ Imperatore in Christianos sæviente, tres è Societate JESU Japones Paulus Mihi, Joannes de Gotto, Jacobus Kisai, Fidē, quam ibi S. Franciscus Xaverius magnis sudoribus plantaverat, ipsi suo etiam Sanguine irrigarunt. Paulus claro genere ortus, ac tùm profanis tùm sacris literis excultus, annum agebat tertiū, ac trigesimum: jamq; Sacerdotio initiandus, qua voce, qua scriptis plurimos è popularibus suis, partim ad veritatem, partim à vitiis ad virtutem, traduxerat. Joannes annos tantum undeviginti natus, literarum studiis operam dabat Divinæ legis elementa populo explicans, obeundis olim Evangelicis ministeriis proludebat. Jacobus quarto su-

to ſupra ſexageſimum anno jam expleto quanquã & ipſe Catechiſta, rem tamen etiam domeſticam curabat, humilitate, ac patientia ſingulari; quas ad virtutes, quotidiana Chriſti patientis meditatione mirum in modum excitabatur.

℟. Sancti tui Domine mirabile &c.

Lectio V.

ERgo comprehenſi atq; extrema ſiniſtræ auris parte, in Meacenſi foro publicè mulctati, revinctis poſt tergum manibus, vili in plauſtro per vicos primùm hujus, tùm aliarum Japoniæ Urbium ſexcentorum miliarium itinere terreſtri, quo ignominia, & terror latiùs ſpargeretur, ſumma hyeme circumducuntur; præeunte lictore, ac ſententiam crucis in eos ſcriptam, præferente: quod vetitam à Tyranno Chriſti legem prædicaſſent. Sed, cùm illi ærumnas inter, & ludibria, læti ſemper, atq; alacres, quod verbis adſtruebant, exẽplo quoq; confirmarent. Paulus verò etiam in Meacenſi carcere duos è cuſtodibus, ſexq; alios in Ozacenſi, atq; alicubi Gubernatorem ipſum Chriſto adjunxiſſet, triumphus ille Fidei, non probrum fuit, iratis palam Taicoſamæ Bonziis, quod homines iſtos per Japoniam circumveheret, ad Chriſti ſectam diſſeminandam ſcilicet non extirpandam.

℟. Verbera carnificum &c.

Lectio VI.

TAndem Nangazachium perducti paratis in colle crucibus, quas ipſi antea venerabundi ſalutaverunt, affiguntur. Aderat Joanni pius ac for-

tis Genitor: nec satis patuit, uter supplicium lætius, ille ne tulerit, an iste spectarit? Nec minor in Jacobo, devexa licet ætate, animi vigor eminebat. At Paulus è triumphali illo crucis pulpito, nativam hominis eloquentiam stimulante DEI charitate, ad circumfusam multitudinem pro Christiana Religione peroravit, illud palam sibi gratulatus, quod in cruce: ut Christus Dominus, eademq; atq; ille, ætate, moreretur. Donec singuli ab imis lateribus ad humeros, binis lanceis trasfixi, victrices animas Cœlo inferendas emisere, nonis Februarii, anno 1597. Pendentes corporum exuvias, Episcopus Japoniæ ad collem mox veniens, positis humi genibus publicè est veneratus, atq; ex illo cæpit locus esse omnibus venerationi. Id vero sibi gratum extitisse variis DEUS ostendit signis, inter quæ illud præcipuum, quod Sanguis Martyrum semen fuit Christianorum. Quibus rite probatis, Urbanus VIII Pontifex Maximus, eos Beatorum fastis adscripsit.

℞. Tanquam aurum &c.

Lectio III. Nocturni.

Cum audieritis prælia &c.

DIE XIII. FEBRUARII.

In Festo S. CATHARINÆ de Ricciis, Virginis Ordinis Prædicatorum.

Duplex pro tota Societate.

Omnia de Communi Virginum primò locô, exceptis his, quæ hic habentur propria.

ORATIO.

Domine

DOmine JESU Christe, qui B. Catcharinam Virginem, tui amore succensam, Passionis contemplatione clarescere voluisti; ejus intercessione concede, ut Passionis mysteria recolentes, ejus fructum percipere mereamur. Qui vivis, &c.

Lectio I. Nocturni de Script. occur.

Lectio IV.

CAtharina Nobilî Familiâ de Ricciis Florentiæ nata, vel ab ineunte ætate piam indolem præmaturè ostendit. In suburbano Monasterio S. Petri de Monticulis, ubi morum disciplinâ imbueretur, collocata, quotidie ad Christi Crucifixi Imaginem orans, non sinè lacrymis, horîs etiam animi relaxationi addictîs, Ejus Passionem meditabatur. Ad Monasterium postea S. Dominici in Civitate Prati translata, paternos lares ad tempus repetere, nisi certa spe reditûs adhibita, constanter recusavit. Tandem annô decimô tertiô seculi deliciîs contemptîs, ibidem religiosum institutum professa est.

℞. Propter veritatem &c.

Lectio V.

CHaritate in DEUM fervens, orationi ferè assiduè vacabat; quidquid temporis necessariis occupationibus, & modicæ quieti supererat, in ea insumens, utq; corpus in servitutem redigeret, ferreâ catenâ, & flagellîs illud macerabat. Cibi parcissima; octo supra quadraginta annîs, carnibûs abstinuit, leguminibûs plerumq; & herbîs vescens, interdum verò solo pane, & aqua contenta. Proximorum æternam salutem exoptans, arden-

ardentiſſimas ad DEUM pro peccatorum converſione preces fundebat. Tanto etiam commiſerationis ſenſu erga purgantem animam commota eſt, ut acerbiſſimos dolores ſibi divinitùs inflictos, in pœnarum illi debitarum expiationē pertuliſſe viſa ſit. Eximiâ prudentiâ, & regularis obſervantiæ zelô Moniales diu rexit, eas non minùs exemplô, quàm adhortationibûs, ad omnē ſanctimoniam informans; quo in officio adeo humilitatem coluit, ut abjectiſſima quæq; opera ſponte obiret; ac infirmis præcipua caritate, & ſummo ſtudio inſerviret.

℟. Dilexiſti juſtitiam &c.

Lectio VI.

SUpernorum chariſmatum copia ſingularis in ea enituit, annulô deſponſationis, ſacrisq; ſtigmatibûs, quæ non ſemel ſpectanda ſe exhibuerunt, acceptîs. Plurium annorum ſpatio, quintâ & ſextâ feriâ in altiſſimam contemplationem rapta, ſingulos Redemptoris cruciatus in paſſione toleratos ex ordine in corpore mirabiliter ſentire cōſvevit. Prati degens Sanctum Philippum Neriū Romæ commorantem videre promeruit, ejuſq; colloquiô frui. Exſtaſum, raptuum, cœleſtium viſionum, ac Prophetici lûminis donô illuſtris, futura prædixit, ac ſimul occulta revelavit. Gravibus deniq; morbis decumbens, Eccleſiæ Sacramentîs munita, Annô à Chriſto nato, milleſimô, quingenteſimô, nonageſimô, ætatis ſexageſimô nonô, quarto nonas, Febr: in Cœlum migravit. Eam Benedictus XIV. Pontifex Maximus, ſolemni ritu

ni ritu Sanctarum Virginum fastis adscripsit. Annô Salutis millesimô septingentesimô quadragesimô sextô.

℟. Afferentur Regi Virgines &c.

Feriâ VI. post Cineres.

In Festo Quinque Vulnerum D. N. J. C. Duplex majus. Pro tota Soc: JESU, & pro omnib9 Confratribus etiam exteris Congregationum Bonæ Mortis ubiq; locorum degentibus ex Decreto Ss. D. N. BENEDICTI Papæ XIV. die 25. Aprilis. 1753.

AD VESPERAS.

Antiph. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.

Psalmus 115.

CRedidi, propter quod locutus sum, * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo. * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, * pro omnibus, quæ retribuit mihi.

Calicem salutaris accipiam, * & Nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus, * pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis, & Nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus: * in atriis domûs Domini, in medio tui Jeruſalem.

Ant: Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit.

Ant: Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra.

Pſalmus 119.

AD Dominum, cùm tribularer, clamavi: * & exaudivit me.

Domine libera animam meam à labiis iniquis, * & à lingua doloſa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam doloſam?

Sagittæ potentis acutæ, * cùm carbonibus deſolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: habitavi cum habitantibus Cedar: * multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: * cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Ant: Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra.

Ant: Alligavit Dominus plagam populi ſui, & percuſſuram ejus ſanavit.

Pſalmus 139.

ERipe me Domine ab homine malo: * à viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde, * tota die conſtituebant prælia.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis: * venenum aſpidum ſub labiis eorum.

Custodi me Domine de manu peccatoris: * & ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitaverunt supplantare gressus meos: * absconderunt superbi laqueum mihi.
Et funes extenderunt in laqueum, * juxta iter scandalum posuerunt mihi.
Dixi Domino: DEUS meus es tu; * exaudi Domine vocem deprecationis meæ.
Domine, Domine virtus salutis meæ: * obumbrâsti super caput meum in die belli.
Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: * cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.
Caput circuitus eorum: * labor lábiorum ipsorum operiet eos.
Cadent super eos carbones, in ignem dejicies eos: * in miseriis non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in terra: * virum injustum mala capient in interitu.
Cognovi, quia faciet Dominus judicium inopis, * & vindictam pauperum.
Verumtamen justi confitebuntur Nomini tuo: * & habitabunt recti cum vultu tuo.
Ant: Alligavit Dominus plagam populi sui, & percussuram ejus sanavit.
Ant: Omnis, qui trasibit, stupebit super omnes plagas ejus.

Psalmus 140.

DOmine clamavi ad te, exaudi me: * intende voci meæ, cùm clamavero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspe-

ctu tuo: * elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone Domine custodiam ori meo: * & ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ, * ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: * & non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me, * oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: * absorpti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea, quoniam potuerunt: * sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: * quia ad te Domine Domine, oculi mei: in te speravi, non auferas animam meam.

Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi: * & à scandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo ejus peccatores: * singulariter sum ego, donec transeam.

Ant: Omnis, qui transibit, stupebit super omnes plagas ejus.

Ant: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus.

Psalmus 141.

VOce mea ad Dominum clamavi, * voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu ejus orationem meam, * & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In

In deficiendo ex me ſpiritum meum, * & tu cognoviſti ſemitas meas.
In via hac, qua ambulabam, * abſconderunt laqueum mihi.
Conſiderabam ad dexteram, & videbam: * & non erat, qui cognoſceret me.
Periit fuga à me, * & non eſt, qui requirat animam meam.
Clamavi ad te Domine, * dixi: Tu es ſpes mea, portio mea in terra viventium.
Intende ad deprecationem meam: * quia humiliatus ſum nimis.
Libera me à perſequentibus me: * quia confortati ſunt ſuper me.
Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum Nomini tuo, * me expectant juſti, donec retribuas mihi.
Ant: O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus.

Capitulum Iſaiæ 5. 3.

CHRISTUS vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, cujus livore ſanati ſumus.

HYMNUS.

PAnge lingua glorioſi
Lauream certaminis,
Et ſuper Crucis trophæo
Dic triumphum nobilem.
Qualiter Redemptor orbis
Immolatus vicerit.
De Parentis protoplaſti
Fraude Factor condolens,

Quando pomi noxialis
In necem morsu ruit:
Ipse lignum tunc notavit,
Damna ligni ut solveret.
Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret;
Et medelam ferret inde,
Hostis unde læserat.
Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris
Natus, orbis Conditor;
Atque ventre Virginali
Carne amictus prodiit.
Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia:
Membra pannîs involuta
Virgo Mater alligat:
Et DEI Manus Pedesque
Stricta cingit fascia.
Sempiterna sit Beatæ
Trinitati gloria,
Æqua Patri, Filioque;
Par decus Paraclito:
Unius Trinique nomen
Laudet universitas. Amen.

℣. Videbunt in quem transfixerunt.
℟. Et dolebunt super eum, ut in morte Primogeniti.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dum in Cruce penderet Unigenitus DEI Filius, & ab omnibus ſubſannaretur, Mater ejus Virgo MARIA ipſum verum DEUM, & Hominem condolens venerabatur.

ORATIO.

DEUS, qui Unigeniti Filii tui Paſſione, & per quinque Vulnera ejus Sanguinis effuſione, humanam naturam peccatô perditam reparâſti: tribue nobis, quæſumus; ut qui ab eo ſuſcepta Vulnera veneramur in terris, ejuſdem pretioſiſſimi Sanguinis fructum conſequi mereamur in Cœlis. Per eundem &c.

Ad Matutinum Invitatorium.

Chriſtum in Cruce confixum, quinque plagîs vulneratum, * Venite adoremus.

Hymn: Pange lingua &c. *ut ſupra*

In I. Nocturno, Antiphona.

Quis eſt, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra?

Pſalm: 10. In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: &c. *pag: 36.*

Ant: Quis eſt, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra?

Ant: Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari.

Pſalmus 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? &c. *pag: 37.*

Ant: Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari.

Ant: Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non fuit vir mecum.

Psalmus 23. Domini est terra, &c. *pag: 91.*

Ant: Torcular calcavi solus, & de gentibus non fuit vir mecum.

℣. Foderunt manus meas & pedes meos.

℟. Dinumeraverunt omnia ossa mea.

De Isaia Propheta. Lect. I. Cap: 53.

QUis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? & ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Non est species ei, neq; decor, & vidimus, eum, & non erat aspectus, & desideravimꝰ eum despectum & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus ejus, & despectus; unde nec reputavimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit: Et nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum à DEO, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostræ, super eũ, & livore ejus sanati sumus.

℟. Gratificavit nos DEUS in dilecto Filio suo: * In quo habemus redemptionem per Sanguinem ejus in remissionem peccatorum.

℣. Ecce venit plenitudo temporis, in quo misit DEUS Filium suum in terras. In quo.

Lectio II.

OMnes quasi oves erravimus, unusquisq; in viam suam declinavit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrûm. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum; sicut ovis

ad oc-

ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tō-dente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. De anguſtia, & de judicio ſublatus eſt, generationem ejus quis enarrabit. Quia abſciſſus eſt de terra viventium; propter ſcelus populi mei percuſſi eum, & dabit impios pro ſepultura, & divites pro morte ſua; eò, quòd iniquitatem nō fecerit, neq; dolus fuerit in ore ejus. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitàte.

℟. Nos, qui aliquando eramus longè, facti ſumus prope per Sanguinem JESU Chriſti: * Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraq; unum.

℣. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Ipſe.

Lectio III. Cap: 63.

QUis eſt, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. Ego qui loquor juſtitiam, & propugnator ſum ad ſalvandum. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum; calcavi eos in furore meo, & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi; dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. Circumſpexi, & non erat auxiliator; quæſivi, & non fuit, qui adjuvaret.

℟. In primogenito ex mortuis complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſum: * Pacificans per

Sangui-

Sanguinem Crucis ejus, ſive quæ in Cœlis, ſive quæ in terris ſunt.

℣. Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, in omnibus primatum tenens. Pacificans. Gloria Patri. Pacificans.

In II. Nocturno, Antiphona.

Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumeraverunt omnia oſſa mea.

Pſalmus 21.

DEUS, DEUS meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti? * longè à ſalute mea verba delictorum meorum.

DEUS meus clamabo per diem, & non exaudies: * & nocte, non ad inſipientiam mihi.

Tu autem in ſancto habitas, * Laus Iſrael.

In te ſperaverunt patres noſtri; * ſperaverunt, & liberâſti eos.

Ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt; * in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo, * opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriſerunt me, * locuti ſunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum, * ſalvum faciat eum; quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre: * ſpes mea ab uberibus matris meæ. In te projectus ſum ex utero.

De ventre matris meæ, DEUS es tu, * nè diſceſſeris à me.

Quoniam tribulatio proxima eſt: * quoniam non eſt, qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi: * tauri pingues obſederunt me.

Aperuerunt ſuper me os ſuum, * ſicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effuſus ſum: * & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens, in medio ventris mei.

Aruit tanquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis: * & in pulverem mortis deduxiſti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi, * concilium malignantium obſedit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos: * dinumeraverunt omnia oſſa mea.

Ipſi verò conſideraverunt, & inſpexerunt me: * diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me; * ad defenſionem meam conſpice.

Erue à framea DEUS ánimam meam: * & de manu canis unicam meam.

Salva ex ore leonis: * & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: * in medio Eccleſiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: * univerſum ſemen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne ſemen Iſrael: * quoniam non ſprevit, neq; deſpexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem ſuam à me; * & cùm clamarem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in Eccleſia magna: * vota mea reddam in coſpectu timentium eum.

Edent pauperes & ſaturabuntur: & laudabunt Dominum, qui requirunt eum: * vivent corda eorum in ſæculum ſæculi.

Reminiſcentur & convertentur ad Dominum, * univerſi fines terræ.

Et adorabunt in conſpectu ejus, * univerſæ familiæ Gentium.

Quoniam Domini eſt regnum: * & ipſe dominabitur Gentium.

Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terræ, in coſpectu ejus cadant omnes, qui deſcendunt in terram.

Et anima mea illi vivet; * ſemen meum ſerviet ipſi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura; * & annuntiabunt Cœli juſtitiam ejus populo, qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Ant: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia oſſa mea.

Ant: A planta pedis, usq; ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas.

Pſalmus 65.

JUbilate DEO omnis terra, pſalmum dicite Nomini ejus; * date gloriam laudi ejus.

Dicite DEO, quàm terribilia ſunt opera tua Domine, * in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Omnis

Omnis terra adoret te, & psallat tibi; * psalmum dicat Nomini tuo.

Venite, & videte opera DEI: * terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui convertit mare in aridam; in flumine pertransibunt pede; * ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi ejus super Gentes respiciunt: * qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

Benedicite Gentes DEUM nostrum: * & auditam facite vocem laudis ejus.

Qui posuit animam suam ad vitam: * & non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probâsti nos DEUS: * igne nos examinâsti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro; * imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem & aquam: * & eduxisti nos in refrigerium.

Introibo ad domum tuam in holocaustis: * reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea,

Et locutum est os meum; * in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: * offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis DEUM, * quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamavi, * & exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, * non exaudiet Dominus.

Propterea exaudivit DEUS, * & attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus DEUS, qui non amovit orationem: * & misericordiam suam à me.

Ant: A planta pedis usq; ad verticem capitis non est in eo sanitas.

Ant: Vulnus, & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine neq; fota oleô.

Psalmus 76.

NOtus in Judæa DEUS, * in Israël magnum Nomen ejus.

Et factus in pace locus ejus, * habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias arcuum, * scutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormiêrunt somnum; * & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua DEUS Jacob dormitaverunt, * qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? * extunc ira tua.

De Cœlo auditum fecisti judicium; * terra tremuit & quievit.

Cùm exurgeret in judiciũ DEUS, * ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: *

& reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.
Vovete, & reddite Domino DEO vestro, * omnes, qui in circuitu ejus affertis munera.
Terribili & ei, qui aufert spiritum principum, * terribili apud Reges terræ.
Ant: Vulnus, & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neq; fota oleô.
℣. Verè languores nostros ipse tulit.
℟. Et dolores nostros ipse portavit.
Sermo Sancti Bernardi Abbatis.
Lib: de Pass: Dom: Cap: 41.
Lectio IV.
CAptus est JESUS; post plurimas illusiones tam Judæorum, quàm Gentium, post Sanguinis plures effusiones, clavis immitibus, manibus simul, & pedibus perforatur, & configitur ligno Crucis Salvator noster mitissimus JESUS. Intuere, & respice rosam Passionis sanguineæ, quomodo rubet in indiciū ardentissimæ charitatis. Cō-tendunt passio & charitas: ista, ut plùs ardeat, illa, ut plùs rubeat.
℟. Per mortem destruxit JESUS eum, qui mortis habebat imperium. * Ut liberaret eos, qui timore mortis obnoxii erant servituti.
℣. Unde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret. Ut liberaret.
Lectio V.
VIde, quomodo hoc flore rosæ floruerit optima vitis nostra rubicundus JESUS. Vide totum corpus, sicubi rosæ sanguineæ florem non invenias,

nias. Inſpice manum unam & alteram, ſi florē roſæ non invenias in utraque. Inſpice pedem unum, & ālterum, numquid non roſei? Inſpice Lateris aperturam, quia nec illa caret rosâ, quāvis ipſa ſubrubea ſit, propter mixturam aquæ, quia ſicut narrat Evangeliſta: cùm unus militum lanceâ Latus ejus perforaſſet, exivit Sangvis & aqua.

℟. Per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. * Et ſicut in Adam omnes peccaverunt, ita in Chriſto omnes vivificabuntur.

℣. Noviſſimè autem inimica deſtruetur mors. Et ſicut.

Ex eod: D. Bernardo *Serm. de Paſſ. D.*

Lectio VI.

RESpice Domine Sancte Pater de Sanctuario tuo, & de excelſo Cœlorum habitaculo; & intuere hanc Sacroſanctam Hoſtiam, quam tibi offert magnus Pontifex noſter, Sanctus Puer tuus Dominus JESUS, pro peccatis fratrum ſuorū, & eſto placabilis ſuper multitudinem malitiæ noſtræ. Cognoſce Pater tunicam Filii tui Joſeph: heu fera peſſima devoravit eum, & conculcavit in furore ſuo veſtimentum ejus, ecce quinque ſciſſuras lamentabiles in eo reliquit.

℟. Videmus JESUM propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum: * Ut pro omnibus guſtaret mortem.

℣. Decebat eum, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per Paſſionē conſummari. Ut pro omnibus.

Gloria Patri. Ut pro.

In

In III. Nocturno.

Antiph: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?

Pſalmus 95. Cantate Domino canticum novum: *pag: 96.*

Ant: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?

Ant: His plagatus ſum in domo eorum, qui me diligebant.

Pſalm: 96. Dominus regnavit, *pag: 97.*

Ant: His plagatus ſum in domo eorum, qui me diligebant.

Ant: In amaritudine ſermo meus eſt, & manus plagæ meæ aggravata eſt ſuper gemitum meum.

Pſalm: 97. Cantate Domino canticum novum: * quia mirabilia fecit. *pag: 99.*

Ant: In amaritudine ſermo meus eſt, & manuś plagæ meæ aggravata eſt ſuper gemitum meū.

℣. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras.

℟. Attritus eſt propter ſcelera noſtra.

Lectio S. Evangelii ſecundùm Joannem.

Lectio VII. Cap: 19.

IN illo tempore: ſciens JESUS, quia omnia conſummata ſunt, ut conſummaretur, ſcriptura, dixit: Sitio Et reliqua.

Homilia S. Cyrilli Epiſcopi Alexandrini.

Lib: 12. Comment: in Joan.

Cùm ab immanibus Judæis omnis in Chriſtum expleta eſſet impietas, nec quidquam jam ad ſummam

summam crudelitatem reliquum esset, ad extremum Caro Christi Sanctissima proprium quiddã, ac naturale rursus patitur. Multis enim, ac variis doloribus exsiccata, siti torquetur. Graves siquidem dolores magnam ad sitim commovendam vim habent, naturali quodam, & inexplicabili calore humidum consumentes, & igneis ardoribus præcordia urentes.

℟. Manifestata est gratia DEI per illuminationem, Salvatoris nostri JESU Christi. * Qui destruxit mortem, illuminavit autem vitam in incorruptionem.

℣. Liberavit, & vocavit nos vocatione sua sancta per gratiam, quæ data est nobis in Christo. Qui.

Bened: Divinum auxilium &c.

Lectio VIII.

COnsumatum esse ait impietatis Judaicæ modum, & impotentem sæviendi animum. Quid enim Judæi intentatum reliquerunt, aut quid nõ extremæ crudelitatis adhibuerunt? Quod supplicii, aut contumeliæ genus prætermiserunt? Quãobrem jure, consummatum est, ait, sed hora jã eum ad prædicandum spiritibus, qui apud inferos erant, invitante (advenit enim, ut mortuorum, ac vivorum dominaretur) ipsam pro nobis mortem suscepit, communem hanc naturæ passionem sustinuit in carne sua.

℟. Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula ejus, quoniam occisus es, & redemisti nos DEO: * In Sangvine tuo.

℣. Fe-

℣. Fecisti enim nos DEO nostro regnum, & Sacerdotes. In Sangvine tuo. Gloria Patri. In Sangvine tuo.

Lecto IX.

De Homilia Feriæ occurrentis. Te Deum.

Ad Laudes, & per Horas.

Ant: Verè langvores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.

Psalm: Dominus regnavit &c. *pag: 135.*

Ant: Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Ant: Alligavit Dominus plagam populi sui, & percussuram ejus sanavit.

Ant: Omnis, qui transibit, stupebit super omnes plagas ejus.

Ant: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus.

Capitulum Isaiæ 5. 3.

CHristus vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, cujus livore sanati sumus.

H Y M N U S.

LUstra sex qui jam peregit
Tempus implens corporis,
Spontè libera Redemptor
Passioni deditus,
Agnus in Crucis levatur
Immolandus stipite.
Felle potus ecce languet:
Spina, clavi, lancea
Mite corpus perforârunt,
Unda manat & cruor;

Ter-

Terra, pontus, astra, mundus.
Quo lavantur flumine!
Crux fidelis inter omnes
Arbor una nobilis:
Silva talem nulla profert
Fronde, flore, germine;
Dulce ferrum, dulce lignum,
Dulce pondus sustinent,
Flecte ramos arbor alta
Tensa laxa viscera,
Et rigor lentescat ille,
Quem dedit nativitas:
Et superni membra Regis
Tende miti stipite.
Sola digna tu fuisti
Ferre mundi Victimam:
Atque portum præparare
Arca mundo naufrago,
Quam sacer cruor perunxit,
Fusus Agni corpere.
Sempiterna sit Beatæ
Trinitati gloria,
Æqua Patri, Filioquè,
Par decus Paraclito;
Unius Triniquè Nomen
Laudet universitas. Amen.
℣. Videbunt in quem transfixerunt.
℟. Et dolebunt super eum, ùt in morte Primogeniti.

Ad Benedictus.

Ant: Unus militum lanceâ Latus ejus aperuit, & continuò exivit Sanguis, & aqua.

DEUS, qui Unigeniti &c.

Ad Tertiam.

Ant: Ipse autem. *Capitulum.* Christus vulneratus est, *ut supra.*

℟. *br.* Foderunt manus meas: * & pedes meos. Foderunt.

℣. Dinumeraverunt omnia ossa mea. Et pedes. Gloria. Foderunt.

℣. O vos omnes, qui transitis per viam.

℟. Attendite, & videte dolorem meum.

Ad Sextam.

Ant: Alligavit Dominus.

Capitulum Isaiæ 50.

FAciem non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me, Dominus DEUS auxiliator meus, ideo non sum confusus.

℟. *br.* Verè langvores nostros * Ipse tulit. Verè.

℟. Et dolores nostros ipse portavit. Ipse tulit. Gloria Patri. Verè languores.

℣. Disciplina pacis nostræ super eum.

℟. Et livore ejus sanati sumus.

Ad Nonam.

Antiph: O vos omnes, &c.

Capitulum Isaiæ 53.

TRadidit Christus in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogavit.

℟. *br.* Ipse vulneratus est * propter iniquitates nostras. Ipse.

℣. Attritus est própter scelera nostra. Propter iniquitates. Gloria. Ipse vulneratus.

℣. Oblatus est, quia ipse voluit.
℟. Et non aperuit os suum.
In secundis Vesperis. Antiphonæ, Capitulum, Hymnus, & ℣. ut in primis Vesperis

Ad Magnificat.

Antiph: Ego sum vestra redemptio: manus meæ, quæ vos fecerant, clavis confixæ sunt: propter vos flagellis cæsus, & spinis coronatus sum; aquam petii pendens, & acetum porrexerunt: in escam meam fel dederunt, & in Latus lanceam: mortuus, & sepultus resurrexi, vobiscum sum, & vivo in æternum.

M A R T I U S.

DIE II. MARTII.

S. HELENÆ Imperatricis Viduæ. Dpx majus.

AD VESPERAS.

Ant: Dum esset Rex &c. *cum reliq: ut pag: 107.*
Psalm: Dixit Dominus &c. *pag: 161. cum reliq: de Comm: Virg: pag: 163. & 166.*

Capitulum. Prov: 31. b.

MUlierem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.

Hymn: Fortem virili pectore &c. *pag: 104.*

Oratio.

DOmine JESU Christe, qui locum, ubi Crux tua latebat, Beatæ Helenæ revelâsti, ut per eam Ecclesiam tuam hôc pretiosô thesaurô ditares? ejus nobis intercessione concede, ut vitalis Ligni pretiô, æternæ vitæ præmia consequamur. Qui vivis & regnas cum DEO Patre &c.

In Quadragesima fit comm: Feriæ.

Ad Matutinum. *Invitatorium.*

Laudemus DEUM nostrum, * In confessione Beatæ Helenæ.

Psalmus. Venite, exultemus &c. *cum reliquis ut pag: 105.*

Hymnus Hujus oratu DEUS alme nobis. &c. *Antiph: Psalm: ut pag: 105.*

Lectiones I. *Nocturni de Scriptura occurrente*

In Quadragesima autem legitur: De Parabolis Salomonis: Mulierem fortem &c. *de Com: non Virg.*

In secundo Nocturno.

Ant: Specie tua, & pulchritudine &c. *p. 106.*

Lectio IV.

Ex S. Ambros. Episcop: in Orat: de obitu Theodosii.

VEnit ergo Helena, cæpit revisere Loca Sancta, infudit ei Spiritus: ut Lignum Crucis requireret accessit ad Golgotham, & ait: ecce locus pugnæ ubi est victoria? quæro Vexillum salutis, & non invenio, Ego, inquit, in Regnis, & Crux Domini in pulvere? ego in aulis, & in ruinis Christi triumphus? ille adhuc latet, & jacet palma vitæ æternæ. Quomodo me redemptam arbitror, si redemptio ipsa non cernitur? Video quid egeris diabole, ut gladius, quô peremptus es, obstrueretur. Sed Isaac obstructos ab aligenienis puteos erudaverit, nec latere aquam passus est. Tollatur igitur ruina ut vita appareat, Promatur gladius quo veri Goliæ caput est amputatum: Aperiatur humus, ut salus fulgeat. Quid egisti diabole, ut absconderes Lignum, nisi ut iterum vinceretis. ℟.

℟. Propter veritatem, & mansvetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Et deducet.

℣. Jube Domne &c. *Bened:* Christus.

Lectio V.

VIcit te MARIA, quæ genuit Triumphatorem, quæ sine imminutione Virginitatis edidit eũ, qui crucifixus vinceret te, & mortuus subjugaret. Vinceris & hodie, ut Mulier tuas insidias deprehendat. Illa quasi Sancta Dominum gestavit, ego Crucem ejus investigabo. Illa generatum docuit, ego resuscitatum. Illa fecit, ut DEUS inter homines videretur, ego ad remedium peccatorum Divinum de ruinis elevabo Vexillũ. Aperit itaq; humum, decutit pulverem, tria patibula confusa reperit, quæ ruina contexerat, inimicus absconderat. Sed non potuit obliterari Christi triumphus. Incerto hæret ut Mulier: Sed certam indaginem Sanctus Spiritus inspirat.

℟. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te DEUS DEUS tuus, oleô lætitiæ. ℣. Propter veritatem, & mansvetudinem, & justitiam. Propterea unxit te DEUS.

℣. Jube Domne. *Bened:* Ignem sui &c.

Lectio VI.

QUæsivit clavos, quibus crucifixus est Dominus, & invenit. De uno clavo frenos fieri præcepit de altero diadema intexuit; unum ad decorem, alterum ad devotionem vertit: visitata est MARIA, ut Evam liberaret, visitata est Helena ut Im-

ut Imperatores redimerentur. Misit itaq; filio suo Constantino diadema gemmis insignitū, quas pretiosior ferrô innexa, Crucis redemptionis Divinæ gemma, connecteret: misit & frenum. Utroq; usus est Constantinus, & fidem transmisit ad posteros Reges. Principium itaq; credentium Imperatorum, sanctum est, quod super frenum ex illo fides, ut persecutio cessaret, devotio succederet. Sapiens Helena, quæ Crucem in capite Regum levavit & locavit, ut Crux Christi in Regibus adoraretur. Non insolentia ista sed pietas est, cum defertur sacræ Redemptioni. Bonus itaq; Clavus Romani Imperii, qui totum regit Orbem, ac vestit Principum frontem ut sint prædicatores, qui persecutores esse consveverūt.

℟. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: * Mulier timens DEUM, ipsa laudabitur.

℣. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. Mulier. Gloria Patri. Mulier.

In Tertio Nocturno.

Ant: Nigra sum, sed formosa &c. *pag: 107.*

Lectio S. Evangelii secundùm Matthæum.

Lectio VII.

IN illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis parabolam hanc: Simile est Regnum Cœlorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papæ. *Hom: 13. in Evang.*

CÆlorum Regnum, Fratres charissimi, idcirco terrenis rebus Simile dicitur, ut ex his, quæ animus novit, surgat ad incognita, quæ non no-

vit quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat, & per ea, quæ usu didicit, quasi confricatus incalescat: ut per hoc, quod scit notum diligere discat & incognita amare. Ecce enim Cœlorum Regnum thesauro abscondito in agro comparatur: quem qui invenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa, quæ habet, & emit agrum illum.

℟. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clemētiæ in lingva ejus consideravit semitas domus suæ, * Et panem otiosa non comedit.

℣. Gustavit, & vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. Et panem. *Bened*: Cujus festum colimus.

Lectio VIII.

QUa in re hoc quoq; notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur: quia studium Cœlestis desiderii à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsenti etenim vita, quasi in via sumus qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidā latrunculi obsident. Deprædari ergo desiderat, qui thesaurum publicè portat in via. Hoc autē dico non ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit: Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cœlis est: sed ut per hoc quod agimus, laudes exterius non quæramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in oculto ut & de bono opere proximis præbeamus exemplum,

& ta-

& tamen per intentionem, qua DEO soli placere quærimus, semper optemus secretum.

℟. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei JESU Christi: * Quem vidi, quem amavi, in quē credidi quem dilexi.

℣. Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Quem vidi. Gloria Patri. Quem vidi. *Ben:* Ad societatem.

Lectio IX.

THesaurus autem Cœleste est desiderium, ager verò in quo thesaurus absconditur, disciplina studii Cœlestis. Quem profectò agrum venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis renūtians, cuncta sua terrena desideria per disciplinæ Cœlestis custodiam calcat ut nihil jam, quod caro blanditur, libeat; nihil, quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrescat.

Te DEUM laudamus &c.

In Quadragesima IX. Lect: de Homilia feriæ & in Laud: fit Commemoratio ejusdem.

Ad Laudes & per Horas Antiphona.

Dum esset Rex in accubitu suo, &c. *ut pag: 107.*

Feria VI. ante Dom: Passionis.

In Festo Smæ Coronæ D. N. JESU Christi Duplex Majus.

Ad VESPERAS.

Ant: Milites præsidis *cum reliq: de Laud.*

Psalm: Dixit Dominus *cum reliq: de Dom: & locò ultimi. Psalm:* Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum *Cant: 3.*

Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus.

HYMNUS.

VExilla Regis prodeunt
Fulget Crucis mysterium,
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam protulit.
Quæ vulnerata lanceæ
Mucrone diro, criminum
Ut nos lavaret sordibus:
Manavit unda & Sangvine.
Impleta sunt, quæ concinit
David fideli carmine,
Dicendo nationibus,
Regnavit à ligno DEUS.
Arbor decora & fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite,
Tam Sancta membra tangere.
Beata, hujus brachiis
Pretium pependit sæculi,
Statera facta Corporis,
Tulitquè prædam tartari.
O Crux ave spes unica,
Hoc passionis tempore,
Piis adauge gratiam,
Reisquè dele crimina.
Te fons salutis Trinitas

Collaud

Collaudet omnis ſpiritus:
Quibus Crucis victoriam
Largiris, adde præmium. Amen.

℣. Tuam Coronam adoramus Domine.
℟. Tuam glorioſam recolimus Paſſionem.

Ad Magnificat Antiphona.

Apprehendit Pilatus JESUM, & flagellavit: & milites plectentes Coronā de ſpinis impoſuerunt Capiti ejus & veſte purpurea circūdederunt eū.

Oratio.

DEUS, qui Unigenitum tuum in Paſſione ſua ſpinea Corona decorari, & Regem adorari voluiſti, da nobis, quæſumus, ob piā venerationem ſacræ illius ſpineæ Coronæ in Cæleſti ejus Regno Coronam gloriæ ſuæ, & æterni Regis Majeſtatem perpetuò contemplari. Per eundem Do-

Commemoratio Feriæ.

Ad Matutinum Invitatorium.

Chriſtum Regem pro nobis ſpinis coronatum * venite adoremus.

Pſalm: Venite exultemus &c.

Hymn: Pange lingva glorioſi &c. *pag:* 202.

In primo Nocturno.

Antiph: Maledicta terra in opere ſuo, ſpinas & tribulos germinabit tibi.

Pſalm: Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, &c. *pag:* 65.

Ant: Maledicta terra in opere ſuo, ſpinas & tribulos germinabit tibi.

Ant: Qui cogitaverunt malitias in corde, tota die conſtituebant prælia.

Psalm: Quare fremuerunt gentes, &c. p. 66.

Ant: Qui cogitaverunt malitias in corde tota die constituebant prælia.

Ant: Omnes, qui videbant me, aspernabantur me, locuti labiis, & moverunt caput.

Psalm: Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me? &c. pag: 67.

Ant: Omnes, qui videbant me, aspernabantur me, locuti labiis, & moverunt caput.

℣. Tuam coronam adoramus Domine.

℟. Tuam gloriosam recolimus Passionem.

De Isaia Propheta Lectio I. Cap: 53.

QUis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est: & ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti, & non est species ei, neq; decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum: despectum & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus ejus, unde nec reputavimus eum.

℟. Ecce vidimus eum non habentem speciem, neq; decorem, aspectus ejus in eo non est, hic peccata nostra portavit, & pro nobis dolet: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, cujus livore sanati sumus.

℣. Verè langvores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Cujus.

Lectio II.

VEre lagvores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, & nos putavimus eum quasi

quasi leprosum, & percussum à DEO, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est, propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati sumus. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisq; in viam suam declinavit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omniũ nostrũ.

℟. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? * Et dicet: his plagatus sum in domo eorum: qui diligebant me.

℣. Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi. Et dicet.

De Zacharia Proph: Lectio III. Cap: 12. & 13.

ET erit in die illa, quæram conterere omnes gentes, quæ veniunt contra Jerusalem. Et effundam super domum David, & super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ & precum: & aspicient ad me, quem confixerunt, & plagent eum planctu, quasi unigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Jerusalem, Et dicet ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: his plagatus sum in domo eorum: qui diligebant me, Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum: percute pastorem, & dispergentur oves, & convertam manum meam ad parvulos.

℟. Tuam Coronam spineam veneramur Domine, tuam gloriosam recolimus Passioné, * miserere nobis, qui passus es pro nobis.

℣.

℣. Salva præsentem catervam in tuis hodie laudibus congregatam. Gloria. Miserere nobis.

In secundo Nocturno.

Ant: Pro frumento ortus est mihi tribulus, & pro hordeo spina.

Psalm: Cum invocarem, &c. *pag:* 68.

Ant: Pro frumento ortus est mihi tribulus, & pro hordeo spina.

Ant: Acuerunt linguas suas sicut serpentis, venenum aspidum sub labiis eorum.

Psalm: Verba mea auribus percipe &c. *pag:* 69.

Ant: Acuerunt lingvas suas sicut serpentis, venenum aspidum sub labiis eorum.

Ant: Qui timetis Dominum, laudate eum: Universum semen Jacob, magnificate eum.

Psalm: Domine Dominus noster, &c. *pag:* 70.

Ant: Qui timetis Dominum, laudate eum: Universum semen Jacob, magnificate eum.

℣. Gloria & honore coronasti eum Domine.

℟. Et constituisti eum super opera manûum tuarum.

Ex tractatu S. Athanasii Episcopi in Pass. Domini.

Lectio IV.

CUm exueretur Dominus, eo ipso invisibiliter erigebatur de diabolo trophæum, & quo illud manifestum fieret narratur à Joanne, indutus fuisse purpurâ, à Mathæo verò chlamyde coccinea; Coronamq; illi ex spinis super caput positam esse, & calamum in manus datum, & ita eum eum produxissent, genibûs flexîs adorasse. Miraculum novum & incredibile, & ma-

gnæ

gnæ ſine dubio victoriæ inſigne; quem enim ut hominem condemnaverant, eum mortuum deinde ut DEUM adoraverunt, & quem aſpernabātur, ut vilem & contemptibilem, eum confitebantur Regem. Cui tunicam & veſtem detraxerant, eum purpura circumdederunt; & quem ignorantes contumeliis afficiebant; eum Prophetam, etiam nolentes, appellaverunt, & quē per ludibrium ſubſannationemq; pulſabant, ei triūphalia addiderunt ornamenta, coccineam chlamydem, & Coronā ſpineam & calamum. Nam tametſi ea quaſi per contumeliam agebant, efficiebatur tamen id, ut ab eo latenter ſpoliaretur.

℞. Corona aurea ſuper Caput ejus, * expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

℣. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in Capite ejus Coronam de lapide pretioſo. Expreſſa ſigno.

Sermo S. Ambroſii Epiſcopi. Serm: LXIX.

Lectio V.

Videamus diligenter; ne ex palmite operis noſtri non naſcatur dulcedinis uva, ſed fellis; ne dicatur nobis, quod Judæis dictum eſt per Prophetam: ſuſtinui, ut faceret uvam, fecit autem ſpinas & non juſtitiam, ſed clamorem. Quam dura conditio, ut poſſeſſio, quæ Domino ſuo ſuavitatis fructus afferre debuit, ſpinarum illum aſperitate compunxerit? Hoc eſt cum Judæi Salvatorem debuerunt tota fidei devotione ſuſcipere, ſpinarum eum coronaverunt paſſione. Quæ

Coro-

Corona quidem quantum in Judæis eſt, erat injuriarum contumelia, quātum in Domino erat, Corona virtutum; compungunt ergo Judæi Dominum, dum coronant, compungunt, dum crucifigunt. Uude ait ſcriptura Sancta: videbunt, in quem compunxerunt.

℟. Omnes amici mei dereliquerunt me, & prævaluerunt inſidiantes mihi, tradidit me: qué diligebam: * Et terribiliùs oculis, plaga crudeli percutientes, ſubſannabant me.

℣. Inter iniquos projecerunt me, & non pepercerunt animæ. Et terribiliùs.

Lectio VI.

IGitur Fratres videte, ne & nobis dicatur: ſuſtinui, ut faceret uvam, fecit autem ſpinas; hoc eſt ne ſpinas, quas Domino Judæi cruentis impoſuerunt manibûs, nos iniquis ſenſibus apponamus, & compungamus eum non aſperitate ſentium, ſed operum pravitate. Sunt enim ſpinæ cordis, quæ Verbum DEI etiam vulnerare conſverunt, de quibus meminit in Evangelio Salvator dicens: ſeminantis ſemen cecidiſſe inter ſpinas & creviſſe eas ac ſuffocaſſe, quod ſatum eſt. Ergo fratres videte, ne vinea veſtra non uvas, ſed ſpinas faciat, ne vindemia veſtra non vinum afferat, ſed acetum; Quisquis enim vindemiam legit, & pauperibus non largitur, ille acetum colligit non vinum. Quiſquis meſſes recondit & indigentibus non miniſtrat, iſte non alimoniæ fructus repoſuit, ſed tribulos avaritiæ congregavit. Nam propterea ait ſcriptura de terra veſtra: ſpinas & tribulos germinabit tibi.

℟. Vinea mea dilecta ego te plantavi: * quomodo conversa es in amaritudinem; ut me spinis coronares?

℣. Sepivi te, lapides elegi ex te, & ædificavi turrim. Quomodo conversa. Gloria. Quomodo.

In III. Nocturno.

Ant: Gravata est super me manus tua, conversus sum in ærumna mea, dū configitur spina.

Psalm: Cantate Domino canticum novum: * cantate Domino omnis terra. &c. *pag:* 96.

Ant: Gravata est super me manus tua, conversus sum in ærumna mea, dū configitur spina.

Ant: Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.

Psalm: Dominus regnavit, &c. *pag:* 97.

Ant: Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.

Ant: Ego dedi tibi sceptrum Regale, & tu dedisti Capiti meo spineam Coronam.

Psalm: Cantate Domino &c. *pag:* 99.

Ant: Ego dedi tibi sceptrum Regale, & tu dedisti Capiti meo spineam Coronam.

℣. Eris corona gloriæ in domo Domini.

℟. Et diademma Regni in manu DEI tui.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Joannem.

Lectio VII. Cap: 19.

IN illo tempore: apprehendit Pilatus JESUM; & flagellavit; Et milites plectentes coronā de spinis, imposuerunt Capiti ejus. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episc. *Tract:* 16. *in Joan.*

HOc Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi ut ejus injuriis Judæi satiati sufficere sibi

non existimarent, & usq; ad ejus mortem sævire desisterent. Ad hoc pertinet, quod idem præses cohortem suam permisit facere, quæ sequuntur, aut fortassis & jussit, quamvis hoc Evangelium tacuit, dixit enim, quid deinde fecerint milites, Pilatum id jussisse non dixit.

℟. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus, qui peccatum non fecit, nec inventus est in ore ejus dolus.

℣. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Qui peccatum.

Lectio VIII.

ET milites (inquit) plectentes Coronam de spinis, imposuerunt Capiti ejus, & veste purpurea circumdederunt eum: Et veniebant ad eũ, & dicebant: ave Rex Judæorum, & dabant ei alapas. Sic implebantur, quæ de se prædixerat Christus; Sic Martyres informabantur ad omnia, quæ persecutori licuisset facere, perferenda, sic paulisper occultatâ tremendâ potentiâ commendebatur prius imitanda sapientia; sic Regnum, quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patienti humilitate vincebat, sic illud granum multiplicandũ seminabatur horribili contumelia, ut mirabili pullularet in gloria.

℟. Milites præsidis suscipientes JESUM in prætorium, congregaverunt ad eum universam cohortem, & exuentes eum chlamydem coccineã circumdederunt ei; Et plectentes Coronam de spinis posuerunt super Caput ejus.

℣. Genuflexo ante eum, illudebant ei, dicẽtes: ave Rex Judæorum. Et plectentes coronã.
Gloria Patri. Et plectentes.

Lectio IX. De Homil: fer: VI. curr.

Te DEUM laudamus &c.

Ad Laudes & per Horas Antiph.

Milites præsidis suscipientes JESUM in prætorium, congregaverunt ad eum universam cohortẽ.

Psalm: Dominus regnavit, *cum reliq: de Domin.*

Ant: Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei.

Ant: Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super Caput ejus, & arundinẽ in dextra ej9.

Ant: Et genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: ave Rex Judæorum.

Ant: Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant Caput ejus.

Capitulum Cant: 3.

Egredimini, & videte filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ Cordis ejus.

Hymnus. Lustra sex, qui jam peregit *pag: 216.*

℣. Dominus regnavit, decorem induit.

℟. Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute.

Ant: Milites induunt JESUM purpura, & imponunt ei plectentes spineam Coronam. Et cæperunt salutare eum: Ave Rex Judæorum.

O R A T I O.

DEUS, qui Unigenitum tuum in Passione sua

spinea

ſpinea corona decorari, & Regem adorari, voluiſti; da nobis quæſumus ob piam venerationē Sacræ illius Spineæ Coronæ in Cœleſti ejus Regno Coronam gloriæ ſuæ, & æterni Regis Majeſtatem perpetuò contemplari. Per eundem Dominum. &c. *Comm: Feriæ.*

Ad Tertiam.

Ant: Et exuentes eum, &c.

Capit: Egredimini *ut ſupra.*

℟. *br.* Tuam Coronam, * Adoramus Domine. Tuam Coronam.

℣. Tuam glorioſam recolimus Paſſionem. Adoramus Domine. Gloria. Tuam Coronam.

℣. Gloria & honore coronaſti eum Domine.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Ad Sextam.

Ant: Et plectentes Coronam, &c.

Capitulum Apoc: 6.

Vidi, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum, habebat arcum, & data eſt ei Corona, & exivit vincens: ut vinceret.

℟. *br.* Gloria & honore coronaſti eum Domine. Gloria & honore.

℣. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Coronaſti. Gloria P. Gloria & honore.

℣. Eris Corona Gloriæ in manu Domini.

℟. Et diademma regni in manu DEI tui.

Ad Nonam.

Ant: Et exſpuentes in eum. &c.

Capitulum Iſaiæ 28.

In die illa erit Dominus exercituum gloria

Coro-

Coronæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui. ℟. br. Eris Corona gloriæ. In manu Domini. Eris Corona. ℣. Et diademma regni in manu DEI tui. In manu Domini. Gloria Patri. Eris corona.

℣. Dominus regnavit, decorem induit.

℟. Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtute. *In ſecundis Veſperis.*

Ant: Pſalm: Capit: Hymn: & ℣. ut in primis Veſper.

Ad Magnificat Antiph.

O! Corona mirandæ dignitatis, mortis pœnas debitas repellis, tu ſpes lapsîs, firmitas infirmis. Tu reſtauras coronas perditas. *Oratio.* DEUS, qui Unigenitum &c. *Commemoratio Feriæ.*

DIE XIX. MARTII.

De S. JOSEPHO.

Beatiſſimo Sponſo Deiparæ Virginis MARIÆ.

AD VESPERAS.

Ant: Jacob autem genuit Joſeph, Virum MARIÆ, de qua natus eſt JESUS, qui vocatur Xſtus.

Ant: Miſſus eſt Angelus Gabriel à DEO, ad Virginem deſponſatam Viro, cui Nomen erat Joſeph, de Domo David, & Nomen Virgis Maria.

Ant: Cum eſſet deſponſata Mater JESU MARIA Joſeph, antequam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu Sancto.

Ant: Joſeph Vir ejus, cum eſſet juſtus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.

Ant: Angelus Domini apparuit Joſeph, dicens: fili

fili David, noli timere accipere Mariam Conjugé tuam, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu S. eſt: pariet autem filium, & vocabis Nomen ejus JESUM. *Capitulum Prov: 28. & 27.*

Vir fidelis multum laudabitur. Et qui Cuſtos eſt: Domini ſui, glorificabitur.

HYMNUS.

TE, Joſeph, celebrent agmina Cœlitum,
Te cuncti reſonent Chriſtiadum Chori,
Qui clarus meritis, junctus es inclytæ,
Caſto fœdere Virgini.
Almo cum tumidam germine conjugem
Admirans, dubio tangeris anxius,
Afflatu ſuperi Flaminis Angelus
Conceptum puerum docet.
Tu natum Dominum ſtringis, ad exteras
Ægypti profugum tu ſequeris plagas.
Amiſſum Solymis quæris, & invenis
Miſcens gaudia fletibus.
Poſt mortem reliquos mors pia conſecrat,
Palmamque emeritos gloria ſuſcipit:
Tu vivens, ſuperis par, frueris DEO,
Mirâ ſorte beatior.
Nobis ſumma Trias parce precatibus
Da Joſeph meritis ſidera ſcandere:
Ut tandem liceat nos tibi perpetim,
Gratum promere canticum. Amen.

℣. Conſtituit eum Dominum Domûs ſuæ.
℟. Et Principem omnis poſſeſſionis ſuæ.

Ad Magnificat Antiphona.

Exurgens Joſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit Conjugem ſuam,

O R A T I O.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur: ut, quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas, &c.

Ad Matutinum Invitatorium.

Christum DEI Filium, qui putari dignatus est Filius Joseph: * Venite adoremus.

Psalm: Venite exultemus Domino &c. *pag: 1.*

H Y M N U S.

CÆlitum Joseph decus, atque nostræ
Certa spes vitæ, columenquè mundi,
Quas tibi læti canimus; benignus
Suscipe laudes.

Te Sator rerum, statuit pudicæ
Virginis Sponsum, voluitquè verbi
Te Patrem dici, dedit & ministrum
Esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo jacentem,
Quem Chorus Vatum cecinit futurum
Aspicis gaudens, humilisquè natum
Numen adoras.

Rex DEUS Regum, dominator orbis,
Cujus ad nutum tremit inferorum
Turba, cui pronus famulatur Æther,
Se tibi subdit.

Laus sit excelsæ Triadi perennis,
Quæ tibi præbens superos honores,
Det tuis nobis meritis, beatæ
Gaudia vitæ. Amen.

In I. Nocturno Antiph.

Ascendit

Aſcendit Joſeph à Galilæa de Civitate Nazareth in Judæam in Civitatem David, quæ vocatur Bethleem, ut profiteretur cum MARIA.

Pſalm: 1. Beatus Vir, &c. *pag*: 30.

Ant: Venerunt Paſtores feſtinantes: invenerunt MARIAM & Joſeph, & Infantem poſitum in præſepio.

Pſalm: 2. Quare fremuerunt: &c. *pag*: 30.

Ant: Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph dicens: Surge, & accipe Puerum & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum.

Pſalm 3. Domine quid multiplicati: &c. *p*. 32.

℣. Conſtituit eum Dominum domûs ſuæ.

℟. Et Principem omnis poſſeſſionis ſuæ.

Lectio I. De Libro Geneſis Cap: 39.

JOſeph igitur ductus in Ægyptum, emitq; eum Putiphar Eunuchus Pharaonis Princeps Exercitûs, Vir Ægyptius, de manu Iſmaëlitarum, à quibus perductus erat. Fuitq; Dominus cũ eo, & erat Vir in cunctis proſpere agens. Habitavitq; in Domo Domini ſui, qui optime noverat Dominum eſſe cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitq; Joſeph, gratiam coram Domino ſuo, & miniſtrabat ei, à quo præpoſitus omnibus gubernabat creditam ſibi domum & univerſa, quæ ei tradita fuerant: benedixitq; Dominus Domui Ægyptii propter Joſeph.

℟. Fuit Dominus cum Joſeph, & dedit ei gratiam in conſpectu Principis carceris: Qui tradidit in manu illius univerſos vinctos.

℣. Quid.

℣. Quidquid fiebat, ſub ipſo erat: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera ejus dirigebat. Qui tradidit &c.

Lectio II. Geneſis Cap: 41.

PLacuit Pharaoni conſilium Joſeph, & cunctis Miniſtris ejus: locutusq; eſt ad eos: Num invenire poterimus talem Virum, qui Spiritu DEI plenus ſit? dixit ergo ad Joſeph: Quia oſtendit tibi DEUS omnia, quæ locutus es, nunquid ſapientiorem, & conſimilem tui invenire potero? Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium, cunctus populus obediet: uno tantum Regni ſolio te præcedam.

℟. Eſuriente terrâ Ægypti, clamavit populus ad Regem, alimenta petens. Quibus ille reſpondit, ite ad Joſeph, & quidquid vobis dixerit, facite. ℣. Creſcebat quotidie fames in omni terra: Aperuitq; Joſeph univerſa horrea, & vēdebat Ægyptiis. Ite ad Joſeph, &c.

Lectio III. Geneſis Cap: 41.

DIxitq; rurſus Pharao ad Joſeph: Ecce conſtitui Te ſuper univerſam terram Ægypti. Tulitq; annulum de manu ſua, & dedit eum in manu ejus: veſtivitq; eum Stolâ byſſinâ, & collo torquem auream circumpoſuit; fecitq; eum aſcēdere ſuper Currum ſuum ſecundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genuflecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent univerſæ terræ Ægypti. Dixitq; Rex ad Joſeph: Ego ſum Pharao: abſq; tuo Imperio non movebit quiſquam manum, aut pedem in omni Terra Ægypti.

℟. Fecit me Dominus quasi Patrem Regis, & Dominum universæ Domûs ejus: Nolite pavere; Pro salute enim vestra misit me DEUS ante vos in Ægyptum.
℣. Venite ad me, ego dabo vobis omnia bona Ægypti, & comedetis medullam terræ. Pro salute: &c.

In II. Nocturno.

Ant: Consurgens Joseph accepit Puerum, & Matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum: Et erat ibi usq; ad obitum Herodis.
Psalm: 4. Cum invocarem, &c. *pag:* 33.
Ant: Defuncto Herode, Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto; dicens: Surge, accipe Puerum, & Matrem ejus, & vade in terram Isràël: Defuncti sunt enim, qui quærebant animam Pueri.
Psalm: 5. Verba mea auribus: &c. *pag:* 34.
Ant: Accepit Joseph Puerum, & Matrem ej9, & venit in Terram Isràël.
Psalm: 8. Domine Dominus noster: &c. *p.* 35.
℣. Magna est gloria ejus in salutari tuo.
℟. Gloriám, & magnum decoré impones super eum. Sermo S. Bernardi Abbatis.

Homilia 12. super Missus prope finem.

Lectio IV.

QUis, & qualis homo fuerit Beatus Joseph conjice ex apellatione, quâ licet dispensatoria, meruit honorari à DEO, ut Pater DEI & dictus & creditus sit: conjice & ex vocabulo: quod augmentum non dubitas interpretari, simul & me-

mento

mento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, & scito ipsius istum non solum vocabulum fuisse sortitum, sed & castimoniam adeptum, innocentiam assecutum & gratiam.

℟. Ascendit Joseph à Galilæa de Civitate Nazareth in Judæam, in Civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: * Eo quod esset de Domo, & Familia David.

℣. Ut profiteretur cum MARIA desponsata sibi Uxore. Eo quod esset.

Lectio V.

SIquidem ille Joseph, fraterna ex invidia venditus, & ductus in Ægyptum, Christi venditionem præfiguravit: Iste Joseph, Herodianam invidiam fugiens, Christum in Ægyptum portavit. Ille Domino suo fidem servans, Dominæ noluit commisceri; Iste Dominam suam Domini sui Matrem, Virginem agnoscens, & ipse continens, fideliter custodivit. Illi data est intelligentia in mysteriis somniorum: Isti datum est consciũ fieri, atq; participem Cœlestium Sacramentorum.

℟. Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum. * Et esto ibi, usq; dum dicam tibi.

℣. Ut adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem. Ex Ægypto vocavi Filium meum. Et esto.

Lectio VI.

ILle frumenta servavit non sibi, sed omni populo: Iste panem vivum è Cœlo servandum accepit tam sibi, quam toti mundo. Non est du-

bium, quin bonus & fidelis homo fuerit iste Joseph, cui Mater desponsata est Salvatoris. Fidelis, inquam servus & prudens, quem constituit Dominus suæ Matris solatium, suæ carnis Nutritium, solum deniq́, in terris magni consilii Coadjutorem fidelissimum.

℟. Cum inducerent Puerum JESUM Parentes ejus, ut facerent secundum consvetudinem legis pro eo: * Accepit eum Simeon in ulnas suas, & benedixit DEUM.

℣. Et erat Pater ejus, & Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Accepit eum. Gloria Patri. Accepit eum.

In III. Nocturno Antiph.

Audiens Joseph, quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode Patre suo, timuit illo ire.

Psalm: Domine quis habitabit, &c. *pag*: 37.

Ant: Admonitus in somnis Joseph secessit in partes Galilææ. Et veniens habitavit in Civitate, quæ vocatur Nazareth ut adimpleretur, quod dictū est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

Psalm: Domine in virtute tua, &c. *pag*: 37.

Ant: Erat Pater JESU & Mater, mirantes super his, quæ dicebantur de illo, & benedixit illis Simeon.

Psalm: Domini est terra, &c. *pag*: 53.

℣. Justus germinabit sicut lilium.

℟. Et florebit in æternum ante Dominum.

Lectio S. Evangelii secundùm Mathæum. *Cap*: 1.

CUm esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero

habens

habens de Spiritu Sancto. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib: 1. Comment: in Cap: 1. Matth.

Lectio VII.

QUare non de simplici virgine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationē Joseph, origo Mariæ monstraretur. Secundo ne lapidaretur à Judæis ut adultera: Tertio ut in Ægyptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignatius etiam 4tam addidit causam, cur à despōsata conceptus sit: Ut partus inquiens, ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de Virgine, sed de uxore generatum.

℞. Dicit Mater JESU ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce, Pater tuus & ego, dolentes quærebamus te.

℣. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Ecce Pater tuus.

Lectio VIII.

ANtequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Non ab alio inventa est, nisi à Joseph, qui pene licentiâ maritali futuræ uxoris, omnia noverat. Quod autem dicitur, antequam convenirent: non sequitur, quod postea convenerint: Sed Scriptura, quod factum non sit, ostendit.

℞. Descendit JESUS cum eis, & venit Nazareth: * Et erat subditus illis.

℣. Proficiebat sapientiâ, & ætate, & gratiâ apud DEUM, & homines. Et erat subditus illis. Gloria Patri. Et erat.

Lectio IX.

JOseph autem Vir ejus, cum esset justus, & nollet eam traducere, voluit oculte dimittere eā. Si quis fornicariæ conjungitur, unum corpus efficitur; Et in lege præceptum est, non solum reos, sed & conscios criminum obnoxios esse peccati; Quomodo Joseph, cum crimen celaret uxoris, justus scribitur? Sed hoc testimonium MARIÆ est, quod Joseph sciens illius castitatem, & admiráns quod evenerat, celat silentiô, cujꝰ mysterium nesciebat. Te Deum laudamꝰ, &c.

AD LAUDES.

Ant: Ibant Parentes JESU per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ.

Psalmi: Dominus regnavit *cum reliq: pag: 135.*

Ant: Cum redirent, remansit Puer JESUS in Jerusalem, & non cognoverunt Parentes ejus.

Ant: Non invenientes JESUM, regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum, & post triduū invenerunt illum in Templo, sedentē in medio Doctorum, audientem, & interrogantem eos.

Ant: Dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus & ego, dolentes quærebamus te.

Ant: Descendit JESUS cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.

Capit: Vir fidelis multum laudabitur, & qui Custos est Domini sui, glorificabitur.

HYMNUS.

ISte, quem læti colimus fideles,
Cujus excelsos canimus triumphos

Hac die, Joseph meruit perennis
Gaudia vitæ.
O! nimis felix, nimis o Beatus,
Cujus extremam vigiles ad horam,
Christus & Virgo, simul astiterunt
Ore sereno.
Hinc Stygis Victor, laqueô solutus
Carnis, ad sedes placido sopore,
Migrat æternas, rutilisque cingit
Tempora sertis.
Ergo regnantem flagitemus omnes,
Adsit ut nobis, veniamque nostris
Obtinens culpis, trbuat supernæ
Munera pacis.
Sint tibi plausus, tibi sint honores,
Trine, qui regnas DEUS, & coronas
Aureas, servo tribuis fideli
Omne per ævum. Amen.
℣. Os justi meditabitur sapientiam.
℟. Et lingua eius loquetur judicium.

Ad Benedictus.

Ant: Ipse JESUS erat incipiens, quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph.

ORATIO.

SAnctissimæ Genitricis Tuæ Sponsi quæsumus Domine meritis adjuvemur: ut quod possibilitas non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui cum DEO Patre, & Spiritu S. vivis & regnas DEUS in sæcula sæculorum. Amen.

AD TERTIAM.

Ant: Cum redirent. *Capitulum.*

Vir fidelis multum laudabitur, &c.

℟. *br.* Constituit eum * Dominum Domûs suæ. Constituit. ℣. Et Principem omnis possessionis suæ. Dominum domûs suæ. Gloria Patri. Constituit. ℣. Magna est gloria ejus in salutari tuo. ℟. Gloriam, & magnum decorem impones super eum.

AD SEXTAM.

Antiph: Non invenientes, &c.

Capitulum Eccles: 45.

Dilectus DEO, & hominibus, cujus memoria in benedictione est. In fide, & lenitate ipsius Sanctū fecit illum, & elegit eum ex omni carne.

℟. *br.* Magna est gloria ejus in salutari tuo. Magna est. ℣. Gloriam, & magnum decorē impones super eum. In salutari tuo. Gloria Patri. Magna est. ℣. Justus germinabit sicut lilium. ℟. Et florebit in æternum ante Dominum.

AD NONAM.

Ant: Descendit Jesus: *Capit: Sap: 10.*

PRofugum justum deduxit Sapientia per vias rectas, & ostendit illi Regnum DEI, & dedit illi, scientiam Sanctorum, honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius.

℟. *br.* Justus germinabit, sicut lilium. Justus. ℣. Et florebit in æternum ante Dominū. Sicut lilium. Gloria Patri. Justus germinabit.

℣. Plantatus in Domo Domini.

℟. In atriis Domus DEI nostri.

In SECUNDIS VESPERIS.

Ant: Ibant Parentes &c.

Ut in Laudib: Capit: & Hymn: ut in primis Vesperis.

℣. Glo-

℣. Gloria & divitiæ in Domo ejus.
℟. Et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Ad Magnificat.

Ant: Ecce fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super Familiam suam.

Oratio Sanctissimæ Genitricis tuæ: &c.

A P R I L I S.

Dominica II. post Pascha sub Ritu Duplici.

O F F I C I U M.

I N F E S T O

SANCTISSIMI SEPULCHRI HIEROSOLIMIT:

A D V E S P E R A S.

Ant: Exaltate Dominum DEUM nostrum, & adorate scabellum pedum ejus, quoniam Sanctum est. Alleluja. *Psalm:* Dixit Dominus: *cum reliqu: de Dominica, & locò ultimi.* Laudate Dominum omnes gentes. &c.

Ant: Introibimus in Tabernaculum ejus, adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus. Allel.

Ant: Quis ascendet in Montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus. Alleluja.

Ant: O! quam metuendus est locus iste, verè nō est hic aliud, nisi domꝰ Dei, & Porta Cœli. Alle:

Ant: Ne appropies huc, solve calceamenta de pedibus tuis, locus enim, in quo stas, Terra Sancta est. Alleluja.

Capitul: Cum consummâssent omnia, quæ de ipso scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento.

Hymn: SAcri Sepulchri gloriam,
CHRISTI triumphis inclytam,

Dulci repleti gaudio
Lætis canamus vocibus:
Hujus vetuſtis ſæculis;
Dedit Cyſterna ſymbolum,
Quò miſſus olim, Carcerem
Joſeph habebat innocens.
Hoc quem fidelis fortium
Ambit caterva militum,
A Rege docto conditus
Expreſſit olim lectulus.
Hoc, & tuus Daniel lacus;
Et quæ ſopore languidum,
Jonam ratis portaverat,
Hoc in figura nuntiat.
O Petra gemmis carior!
Theſaure cunctis ditior!
Qualem nec aula Principum;
Nec gaza claudit divitum.
Nam tu nec auri munera;
Nec Principum fluxas opes,
Sed illud immenſum ſacri
Pretium tuliſti Corporis.
At CHRISTE ditas qui Tuum
Caro Sepulchrum Sangvine,
Tuos (rogamus) ſervulos
Donis Tuis fac divites.
DEO Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In ſempiterna ſæcula. Amen.
℣. Tuum Sepulchrum adoramus Domine. Allel.
℟. Et

℟. Et recolimus tuam gloriosam Resurrectioné. Alleluja. *Ad Magnificat.*

Deponentes Dominum de Cruce, posuerunt eum in Monumento, quod erat excisum in petra, in quo nondum quisquam positus fuerat. Alleluja.

O R A T I O.

DOmine JESU Christe, qui pro nobis mortem subire, & in Sepulchro depositus, tertia die resurgere voluisti, concede famulis tuis, ut qui Sepulchri Tui memoriam recolimus, resurrectionis quoq; gloriæ participes esse mereamur. Qui vivis, & regnas &c.

Ad Matutinum Invitatorium.

Surrexit Dominus de Sepulchro. Alleluja.

Psalm: Venite exultemus. &c.

Hymnus ut in Vesperis.

In primo Nocturno.

Ant: En lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Alleluja.

Psalmi, ut in Festo Dedicat: Ecclesiæ sub una Antiph:

℣. Ipsum gentes deprecabuntur. Alleluja.

℟. Et erit Sepulchrum ejus gloriosum. Allel.

Pater noster. *Absolutio* Exaudi Domine.

De Actibus Apostolorum. *Lectio I. Cap: 13.*

VIri Fratres generis Abraham, & qui in vobis timent DEUM, vobis Verbum salutis hujus missum est. Qui enim habitabant Jerusalem, & Principes ejus, hunc ignorantes, & voces Prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur, judicantes impleverunt, & nullam causam mor-

tis in-

tis invenientes in eo, petierunt à Pilato, ut interficerent eum. Cùmq; consummâssent omnia, quæ de ipso scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. DEUS vero suscitavit eum à mortuis tertia die, qui visus est per multos dies his, qui simul ascenderunt cum eo de Galilæa in Hierusalem, qui usq; nunc sunt testes ejus ad plebem.

℟. Deponentes Dominum de Cruce, posuerunt eum in Monumento, quod erat excisum de petra. Alleluja. * Signantes illud cum Custodibus. Alleluja.

℣. Abeuntes Judæi muniverunt Sepulchrum, advolventes lapidem ad ostium Monumenti. * Signantes illud.

Lectio II.

ET nos vobis annuntiamus eum, quæ ad Patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc DEUS adimplevit filiis nostris, resuscitans Jesum, sicut, & in Psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod auté suscitavit eum à mortuis, amplius jam non reversurum in corruptionem, ita dixit: quia dabo vobis Sancta David fidelia. Ideoq; & aliàs dicit: non dabis Sanctum tuũ videre corruptioné. David enim in sua generatione cum administrâsset voluntati DEI, dormivit, & appositus est ad Patres suos, & vidit corruptioné. Quem verò DEUS suscitavit à mortuis, non vidit corruptionem.

℟. Sepulto Domino, signatum est Monumentum, volventes lapidem ad ostiũ monumenti. Al; Ponentes milites, qui custodirent illud.

℣. Accedentes Principes Sacerdotum ad Pilatum, petierunt illud. * Ponentes: &c.

Lectio III.

NOtum igitur ſit vobis Viri Fratres, quia per hunc vobis remiſſio peccatorum annuntiatur, & ab omnibus, quibus non potuiſtis in lege Moyſi juſtificari, in hoc omnis, qui credit, juſtificatur. Videte ergo, ne ſuperveniat vobis, quod dictum eſt in Prophetis: Videte contemptores, & admiramini, & diſperdimini, quia opus ego operor in diebus veſtris: opus quod non credetis, ſi quis enarraverit vobis. Exeuntibus autē illis rogabant, ut ſequenti Sabbato, loquerentur ſibi verba hæc: Cumq; dimiſſa eſſet Synagoga, ſecuti ſunt multi Judæorum, & colentium advenarum Paulum, & Barnabam: qui loquentes ſvadebant eis, ut permanerent in gratia DEI: Sequenti verò Sabbato pene univerſa Civitas convenit audire Verbũ Dei.

℟. Acceperunt Corpus JESU, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, & ſepelierunt in Monumento novo: * In quo nondum quisquam poſitus fuerat. Alleluja.

℣. Venit Joſeph cum Nicodemo, & tulerunt Corpus JESU, & ſepelierunt illud in Monumento novo: * In quo. Gloria Patri. In quo.

In ſecundo Nocturno Antiphona.

Super muros tuos Jeruſalem, conſtitui Cuſtodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt, laudare Nomen Domini.

Pſalmi ut in Feſto Dedicationis.

℣. Factus eſt in pace locus ejus. Alleluja.
℟. Et habitatio ejus in Sion, Alleluja.

Pater nõster. *Absol*: Ipsius pietas &c.

Lectio IV.

Sermo S. Bernardi Abb: *De Sepulchro Cap*: 11.

INter Sancta, & desiderabilia loca, Sepulchrum Christi, tenet quodammodo principatum, & devotionis plus nescio quid sentitur, ubi mortuus requievit quam ubi vivens conversatus est, atq; amplius movet ad pietatem, mortis quàm vitæ recordatio, puto quod illa austerior, hæc dulcior videatur, magisq; infirmitati blandiatur humanæ quies dormitionis, quàm labor conversationis, mortis securitas, quàm vitæ rectitudo. Vita Christi, vivendi mihi regula extitit: mors à morte redemptio. Illa vitam instruxit, mortem ista destruxit: vita quidem laboriosa, sed mors pretiosa: utraq; verò admodũ necessaria. Quid enim Christi prodesse poterat, sive mors nequiter viventi, sive vita damnabiliter morienti? Nunquid deniq; aut mors Christi, etiam nunc malè usq; ad mortẽ viventes à morte æterna liberat, aut mortuos ante Christum Sanctos Patres vitæ sanctitas liberavit? Sicut scriptum est: Quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? Nunc ergo quia utrumq; nobis pariter necessarium erat, & piè vivere, & securè mori: & vivendo vivere docuit, & mortem moriendo securam reddidit: quoniam quidem resurrecturus occubuit, & spem fecit morientibus resurgendi. ℟. Mulieres venerunt ad Monumentũ, portantes, quæ paraverunt aromata. * Et invenerunt lapidem revolutum à Monumento. Alleluja.

℣. Et

℣. Et factum eſt, dum mente conſternatæ eſſent, ecce duo Viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti. * Et invenerunt.

Lectio V.

SIve itaq; hæc, ſive alia quæcunq; in hunc modum, (prout in talibus in ſuo quiſq; abundat ſenſu,) ex occaſione Sepulchri Chriſtianis ſenſibꝰ ſuggerantur, puto quod non mediocris dulcedo devotionis infundatur cominùs intuenti, nec parum proficitur, cernendo etiam corporalibûs oculîs corporalem locum Dominicæ quietis. Et ſi quippe jam vacuum ſacris membris, plenum tamen noſtris, & jucundis admodum Sacramentis. Noſtris, inquam, noſtris, ſi tamen tam ardenter amplectîmur, quàm indubitanter tenemus, quod Apoſtolus ait: Conſepulti ſumus enim per Baptiſmum in mortem, ut quomodo ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus, ſimul, & Reſurrectionis erimus.

℟. Angelus Domini locutus eſt Mulieribus, dicens: Quem quæritis? An JESUM quæritis? jam ſurrexit. * Venite, & videte locum. Allel.

℣. JESUM quæritis Nazarenum Crucifixum, ſurrexit non eſt hic. * Venite.

Lectio VI.

QUàm dulce eſt peregrinis, poſt multam longi itineris fatigationem, poſt plurima terræ, mariſq; pericula. Ibi tandem quieſcere, ubi & agnoſcitur ſuum Dominum quieviſſe! Puto jam

præ

præ gaudio non ſentiunt vitæ laborem, nec grãvamen reputant expenſarum, ſed tanquam laboris præmium curſusve braviũ aſſecuti juxta Scripturæ ſententiam, gaudent vehementer cũ invenerint Sepulchrum. Nec caſu, vel ſubitò, aut veluti lubrica popularis favoris opinione, id tã celebre Nomen Sepulchrum natum eſſe putetur, cũ hoc ipſum tantis retro temporibus, Eſaias tã apertè prædixit. Et erit, inquit, in die illa radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit Sepulchrum ejus glorioſum. Revera ergo impletum cernimus, quod legimus Prophetatum, novum quidem intuenti, ſed legẽti antiquum: ut ſic adſit de novitatę jucunditas, & de vetuſtate non deſit auctoritas.

℟. Dum tranſiret Sabbatum, Maria Magdalene, Maria Jacobi, & Salome, emerunt aromata, * Ut venientes ungerent JESUM. Alleluja.

℣. Et valde manè unà Sabbatorum, veniunt ad Monumentum, orto jam Sole. * Ut venientes. Gloria Patri. Ut venientes.

In tertio Nocturno. Antiphona.

Et Thronus ejus ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in Cœlo fidelis. Alleluja.

Pſalmi ut in Feſto Dedicationis.

℣. Erit mihi Dominus in DEUM. Alleluja.
℟. Et lapis iſte vocabitur Domus DEI. Allel:

Pater noſter. *Abſolutio.* A vinculis &c.

Lectio Sancti Evangelii ſecundùm Lucam. *Cap: 24.*

In illo

IN illo tempore: Una Sabbathi valde diluculo, venerunt Mulieres ad Monumentum, portantes, quæ paraverunt aromata. Et reliqua.

Lectio VII.

Homilia S. Auguſtini Epiſcopi.

Sabbatho in vigilia Paſchæ de Joſeph: Serm: 10.

CÙm Maria Magdalene veniſſet ad Monumentũ, quam memorem Salvatoris, amiſsâ fide, devotio in lachrymas compellebat, videns revolutũ à foribus lapidem, cùm non inveniſſet in Sepulchro Dominum, cæpit acriùs dolere, quòd perdiderit defunctum, mox autem ad Petrum ejus Diſcipulum pervolat, quem pro meriti qualitate vel fidei, major de ejus obitu cura tangebat, nuntiat inane Sepulchrum, quæritur Corpus ablatum; Petrus verò Reſurrectionis Filii DEI, & ante Crucem conſcius, quam prædixerat ipſe paſſurus, ſub tali nuntio non flevit aut doluit, ſed morem ſuum in Divinis virtutibus ſervans, properat experiri, quod credidit.

℟. Tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum: dicunt ei Angeli: Mulier, quid ploras? ſurrexit ſicut dixit. * Præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis. Alleluja.

℣. Cùm ergo fleret, inclinavit ſe, & proſpexit in Monumentum, & vidit duos Angelos in albis ſedentes, qui dicunt ei. * Præcedet vos.

Lectio VIII.

AD Sepulchrum itaq; Domini, celeri curſu feſtinat, lætior rediturus, ſi non inveniret quod quærebat. Beatus autem Evangeliſta, & ex

consequentibus probat potentiam Resurgentis. Venit inquit Simon Petrus, & introivit in Monumentum, & cùm non invenisset Dominum, vidit linteamina posita, & Sudarium, quod fuerat super caput ejus: nam manifestiùs DEUS perlaturus, quem vivificaverat in Cœlum, & mortem evacuat & Sepulchrum. Nam linteamine quo funus tenebatur exposito, reliquit terræ exuvias, vitali jam copore induta majestas.

℟. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum, quia quem quærebam, apparuit mihi. Et dum flerem ad Monumentum, vidi Dominum. Alleluja.

℣. Recedentibus Discipulis, non recedebam, & amoris ejus igne succensa, ardebam desiderio. Et dum flerem. Gloria Patri. Et dum.

Lectio IX de Homiliæ Dominicæ 2da post Pascha.

Ad Laudes, & per Horas Antiph.

Vota mea Domino reddam, in conspectu omnis populi ejus, in atriis Domûs Domini, in medio tui Jerusalem. Alleluja.

Psalm: Dominus regnavit: *cum reliq: de Domin.*

Ant: Ingredieris in abundantia Sepulchrum, sicut infertur acervus tritici in tempore suo. Al.

Ant: Qui expectant mortem, & non venit, quasi effodientes thesaurum, gaudentq; vehementer, cùm invenerint Sepulchrum. Alleluja.

Ant: Tollite hostias & introite in Atria ejus, adorate Dominum in Atrio Sancto ejus. Allel.

Ant: In Sole posuit tabernaculum suum & ipse tanquam Sponsus, procedens de thalamo suo. Alleluja.

Capit: Cum conſummáſſent: *ut inprimis Veſper.*

Hymn: AUdite triſtes inferi,
Turbæ frementes hoſtium,
Veſtræ ruinæ nuntium,
Sacri Sepulchri gloriam.
En jam futuri conſcius
Illam Propheta præcinit,
Et glorioſum poſteris
Narrat Sepulchrum ſæculis.
Hic ille Rex fortiſſimus,
Fractis averni viribus,
Et mortis excuſſo jugo,
Primùm trophea ſuſcitat.
Candore tectus veſtium,
Novoquè lucis fulgure,
Delapſus aſtrîs Nuntius
Hìc excubavit Angelus.
Jam temperandum lachrymis,
Satis datum ſuſpiriis;
Gravi dolore ſauciæ
Hic audierunt Fæminæ.
Et vos Magiſtri funere,
Planè ſimul commortui,
Veſtro dolori gaudium
Tuliſtis hic Apoſtoli.
Tu verò CHRISTE máxima
Tui Sepulchri gloria
Mortem reſurgens viceras
Nos morte culpæ libera.
DEO Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis

Surrexit, ac Paraclyto;
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. Dum esset Rex in accubitu suo. Alleluja.
℟. Nardus mea, dedit odorem suavitatis. All:

Ad Benedictus Antiphona.

Abeuntes Judæi munierunt Sepulchrum, advolventes lapidem ad ostium monumenti, & signantes eum cum custodibus. Alleluja.

Oratio. Ut in primis Vesperis.

Ad imam Antiph: ex Laudib: In ℟. br dicitur.

℣. Qui surrexisti à mortuis. Alleluja. Alleluja.

Ad absolutionem Capituli Lectio brevis: Una Sabbati &c. *ut infra ad Nonam.*

Ad Tertiam Antiph. Ingredieris. *ut supra.*

Capitul: Cum consummâssent. *ut in imis Vesperis.*

℟. Tuum Sepulchrum adoramus Domine, Alleluja. Allel. Tuum Sepulchrum &c.

℣. Et recolimus tuam gloriosā Resurrectionē. Allel: Allel: Gloria Patri. Tuum Sepulchrum.

℣. Verè locus iste Sanctus est. Alleluja.

℟. Et ego nesciebam. Alleluja.

Ad Sextam Antiph: Qui expectant.

Capit: Et accepto Corpore Joseph, involvit illud in Sindone munda, & posuit in Monumento suo novo, quod exciderat in petra.

℟. Verè locus iste Sanctus est. Allel: Allel; Verè locus.

℣. Et ego nesciebam. Alleluja. Allel. Gloria Patri. Verè locus.

℣. Te decet hymnus DEUS in Sion. Allel.

℟. Et tibi reddetur votum in Jerusalem. All:

Ad Nonam Antiph: In Sole posuit.

Capit: Una Sabbathi valde diluculo, venerunt Mulieres ad Monumentum, portantes quæ paraverunt aromata, & invenerunt lapidem revolutum in Monumento.

℟. Te decet hymnus DEUS in Sion. Allel: Allel: Te decet.

℣. Et Tibi reddetur votum in Jerusalem. Alleluja. Allel. Gloria Patri. Te decet.

℣. Lapidem quem reprobaverunt. Alleluja.

℟. Hic factus est in caput anguli. Alleluja.

Ad Vesperas, Antiph: ut in primis Vesperis. Psalmi de Dominica, & locò ultimi Psalmi. Super flumina Babylonis: *ut feria V. ad Vesperas.*

Capitulum, & Hymnus ut in primis Vesperis.

℣. Ipsum gentes deprecabuntur. Alleluja.

℟. Et erit Sepulchrum ejus gloriosum. Allel:

Ad Magnificat.

Introeuntes in Monumentum, viderunt Juvenem sedenté à dextris, coopertum Stola candida, & obstupuerunt. Allel: *Oratio ut supra.*

DOMINICA III. POST PASCHA.

Patrocinium S. JOSEPHI Dplex. 2dæ Class.

A D V E S P E R A S.

Ant: Jacob autem. *cum reliquis de Laudibus.*

Psalm: Dixit Dominus: *cum reliquis de Dominica, & loco ultimi*

Psalm: Laudate Dnum omnes gentes.

Capitulum Gen: 46. v. 26.

BEnedictiones Patris tui confortatæ sunt benedictionibus Patrum ejus; donec veniret deside-

sium

rium collium æternorum: Fiant in capite Joseph, & in vertice Nazaræi inter Fratres suos.

Hymn: Te Joseph, celebrent: &c. *pag: 237.*

Ut in ejus Festo 19. Martii.

℣. Constituit eum Dominum domus suæ. Allel:

℟. Et Principem omnis possessionis suæ. Alleluja.

Ad Magnificat Antiphona.

Cum esset desponsata Mater JESU MARIA Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Alleluja.

O R A T I O.

DEUS, qui ineffabili providentia, Beatum Joseph Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta quæsumus; ut quē protectorem veneramur in terris, Intercessorem habere mereamur in Cœlis. Qui vivis, &c.

Et fit Commemoratio Dominicæ.

Ad Matutinum Invitatorium.

Laudemus DEUM nostrum: * in veneratione B. Joseph Protectoris nostri. Alleluja.

Hymn: Te Joseph, celebrent &c. *pag: 237.*

In primo Nocturno Antiph:

Angelus Domini apparuit in somnis Joseph dicens: Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi, usq; dum dicā tibi. All. *Psalmi imi Noct: de Cōm: Conf. non Pont.*

℣. Confitebor nomini tuo, Alleluja.

℟. Quoniā adjutor, & Protector factus es mihi. Al:

De Libro Genesis Lectio I. Cap: 39. v. 1.

IGitur ductus est in Ægyptum, emitq; eum Putiphar Eunuchus Pharaonis Princeps exercitus,

Vir

Vir Ægyptius, de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat. Fuitq; Dominus cum eo, & erat Vir in cunctis prosperè agens, habitavitq; in domo Domini sui, qui optimè noverat Dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitq; Joseph gratiam coram Domino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & universa, quæ ei tradita fuerant: benedixitq; Dominus domui Ægyptii propter Joseph, & multiplicavit tàm in ædibus, quàm in agris cunctam ejus substantiam: nec quidquam aliud noverat, nisi panem, quo vescebatur. Erat autem Joseph pulchra facie, & decorus aspectu.

℞. Clamavit populus ad Regem alimenta petens: * Quibus ille respondit: ite ad Joseph. Al.

℣. Salus nostra in manu tua est; respice nos tantùm, & læti serviemus Regi. Quibus ille.

Lectio II. Gen: C. 41. v. 37.

PLacuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris ejus; locutusq; est ad eos: Num invenire poterimus talem Virum, qui Spiritu DEI plenus sit? dixit ergo ad Joseph; quia ostendit tibi DEUS omnia, quæ locutus es; nunquid sapientiorem, & consimilem tui invenire potero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantùm Regni solio te præcedam. Dixitq; rursus Pharao ad Joseph, ecce constitui te super universam terram Ægypti. Tulitq; annulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus: vestivitq; eũ stola byssina, & collo torquem

quem auream circumposuit. Fecitq; eum ascendere super currum suum secundum, clamante Præcone, ut omnes coram eo genuflecterent, & præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti.

℟. Fecit me DEUS quasi Patrem Regis, Dominum universæ domûs ejus: * Exaltavit me, ut salvos faceret multos populos. Alleluja.

℣. Venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullā terræ. Exalt:

Lectio III. Gen C. 41. v. 44.

DIxit quoq; Rex ad Joseph: Ego sum Pharao: absq; tuo Imperio nō movebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti: vertitq; nomen ejus, & vocavit eum lingva Ægyptica, Salvatorem mundi. Deditq; illi uxorem Aseneth filiam Putiphare Sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaq; Joseph ad terram Ægypti, (triginta autem annorum erat, quando stetit in conspectu Regis Pharaonis) & circuivit omnes regiones Ægypti. Venitq; fertilitas septem annorum, & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est. Tantaq; fuit abundantia tritici, ut arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet.

℟. Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Non sum fraudatus aspectu tuo: * Insuper ostendit mihi Dominus semen tuum. Alleluja.

℣. Qui pascit me ab adolescentia mea, benedicat pueris istis; & invocetur super eos nomen meum. Insuper. Gloria Patri. Insuper.

In ſecundo Nocturno Antiphona.

Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & vade in terram Iſrael, defuncti ſunt enim, qui quærebant animam Pueri. Alleluja.

Pſalmi ſecundi Noct: de Com: Conf. non Pontif.

℣. Reſpice de Cœlo, & vide, & viſita vineam iſtam. Alleluja.

℟. Et perfice eam. Alleluja.

Sermo S. Bernardini Sen: *Serm: 1mo de S. Joſeph.*

Lectio IV. in proœmio.

OMnium ſingularium gratiarum alicui, rationabili creaturæ communicatarum, generalis regula eſt; quod quandocumq; divina gratia elegit aliquem ad aliquam gratiam ſingularem, ſeu ad aliquem ſublimen ſtatum, omnia chariſmata donet, quæ illi perſonæ ſic electæ, & ejus officio neceſſaria ſunt, atq; illam copioſe decorant. Quod maximè verificatum eſt in Sancto Joſeph, putativo Patre Domini noſtri JESU Chriſti, & vero Sponſo Reginæ mundi, & Dominæ Angelorum, qui ab Æterno Patre electus eſt fidelis Nutricius, atq, Cuſtos principalium theſaurorum ſuorum, ſcilicet Filii ejus, & Sponſæ ſuæ, quod officium fideliſſimè proſecutus eſt; Cui propterea Dominus ait: Serve bone, & fidelis intra in gaudium Domini tui.

℟. Dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me: * Protector meus, & cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus. Alleluja.

℣. Ego Protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Protector.

Le-

Lectio V. Art: 2. Cap: 3.

SI compares eum ad totā Ecclesiam Christi: Nōne iste est homo electus, & specialis, per quē, & sub quo Christus est ordinatè, & honestè introductus in mundum? Si ergo Virgini Matri tota Ecclesia Sancta debitrix est, quia per eā Christum suscipere digna facta est: Sic profectò post eam huic debet gratiam, & reverentiam singularem. Ipse enim est clavis veteris Testamenti, in qua Patriarchalis, & Prophetalis dignitas promissum consequitur fructum. Porrò hic est solus, qui corporaliter possedit, quod eis divina dignatio repromisit. Meritò igitur figuratur per illum Patriarcha Joseph, qui populis frumenta servavit. Sed & hic illum præcellit, quia non solùm Ægyptiis panem corporalis vitæ, sed omnibus electis panem de Cœlo, qui Cœlestem vitam tribuit, cū multa solertia enutrivit.

℟. Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis ejus morabitur; protegetur sub tegmine illius à fervore: * & in gloria ejus requiescet. Al:

℣. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra. Et in gloria.

Lectio VI. Art: 5.

PRofectò dubitandum non est, quod Christus familiaritatem, reverentiam, atq; sublimissimam dignitatem, quam sibi exhibuit, dum ageret in humanis, tanquam filius Patri suo, in Cœlis utiq; non negavit, quin potius complevit, & cosummavit. Unde non immeritò in verbo proposito à Domino subinfertur: Intra in gaudium Domini

tui.

tui. Unde licet gaudium æternæ beatitudinis in cor hominis intret, maluit tamen Dominus ei dicere: Intra in gaudium; Ut mysticè innuatur, quod gaudium illud non solùm in eo sit intra, sed undiq; illum circumdans, & absorbens, & ipsum velut abyssus infinita submergens. Memento igitur nostri Beate Joseph, & tuæ orationis suffragio apud tuum putativum Filium intercede, sed & Beatissimam Virginem Sponsam tuā nobis propitiam redde, quæ Mater est ejus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat per infinita sæcula sæculorum. Amen.

℟. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum: * Si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo. Alleluja.

℣. In te cantatio mea semper, quoniam tu adjutor fortis. Si exurgat. Gloria P. Si exurgat.

In tertio Nocturno Antiphona.

Consurgens Joseph accepit Puerum, & Matrē ejus, & venit in terram Israel; & habitavit in Civitate, quæ vocatur Nazareth. Alleluja.

Psalmi ut in Com: Conf. non Pontif.

℣. Inveni Dominum Patrem Domini mei. Al:

℟. Ut nō derelinquat me in die tribulationis. Al:

Lectio S. Evangelii secundùm Lucam.

IN illo tempore: Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus, & JESU baptizato, & orante, apertum est Cœlum. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Lib: 2. de consens. Evagel. Cap: 1. & 2.

Lectio VII. Cap. 3.

Mani-

MAnifeſtum eſt illud, quod ait: ut putabatur filius Joſeph, propter illos dixiſſe, qui eum ex Joſeph, ſicut alii homines naſcuntur, natum arbitrantur. Quos autem movet, quod alios progenitores Matthæus enumerat deſcendens à David usq; ad Joſeph, alios autem Lucas aſcendens à Joſeph usq; ad David; facile eſt, ut advertant, duos Patres habere potuiſſe Joſeph; unum à quo genitus, alterum à quo fuerit adoptatus, antiqua eſt enim conſvetudo adoptandi etiam in illo populo DEI, ut ſibi filios facererent, quos non ipſi genuiſſent. Unde intelligitur Lucas Patrem Joſeph, non à quo genitus, ſed à quo fuerat adoptatus, ſuſcepiſſe in Evangelio ſuo, cujus Progenitores ſurſum verſus commemorat, donec exiret ad David.

℟. Joſeph fili David, noli timere accipere Mariam Conjugem tuam, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu S. eſt; pariet autem Filium: * Et vocabis Nomen ejus JESUM. Alleluja.

℣. Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Et vocabis.

Lectio VIII.

Cùm enim neceſſe ſit, utroq; Evangeliſta vera narrante, Matthæo ſcilicet, & Luca, ut unus eorum ejus Patris originem teneret, qui genuerat, alter ejus qui adoptauerat Joſeph; quē probabilius intelligimus adoptantis originē tenuiſſe, quàm eum, qui noluit Joſeph genitum dicere ab illo, cujus eum filium eſſe narrabat? Matthæus autem dicens, Abraham genuit Iſaac, Iſaac genuit

Jacob;

Jacob: atq; ita in hoc verbo, quod est genuit perseverans, donec in ultimo diceret, Jacob autem genuit Joseph: satis expressit ad eum Patrē perduxisse originem generantium, à quo Joseph non adoptatus, sed genitus erat. Quamquam si etiam Lucas genitum diceret Joseph ab Heli, nec sic nos hoc verbum perturbare deberet, ut aliud crederemus, quàm ab uno Evangelista gignentē, ab altero adoptantem Patrem fuisse commemoratum. Neq; enim absurdè quisq; dicitur nō carne sed charitate genuisse, quem filium sibi adoptaverit. At verò etiam nos, quibus dedit DEUS potestatem filios ejus fieri, de natura atq; substātia sua non nos genuit, sicut unicum Filium; sed utiq; dilectione adoptavit.

℟. Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum: * Et esto ibi usq; dum dicam tibi. Alleluja.

℣. Ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum. Et esto. Gloria Patri. Et esto.

Nona Lectio dicitur de Homilia Dominicæ tertiæ.

Ad Laudes & per Horas Antiph.

Jacob autem genuit Joseph, Virum MARIÆ, de qua natus est JESUS, qui vocatur Xstus. All:

Psalm: Dominus regnavit: *cum reliq: de Domin.*

Ant: Missus est Angelus Gabriel à DEO in Civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginē desponsatā Viro, cui nomen erat Joseph. Al:

Ant: Ascendit autem Joseph, à Galilæa de Civitate Nazareth, in Judæam in Civitatē David; quæ vocatur Bethleem. Alleluja.

Ant: Et venerunt festinantes, & invenerunt MARIAM, & Joseph, & Infantem positum in præsepio. Alleluja. Allel.

Ant: Et ipse JESUS erat idcipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph. Allel:

Capitulum Genes. 49. v. 26.

BEnedictiones Patris tui confortatæ sunt benedictionibus Patrum ejus, donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Joseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos.

Hymn: Cœlitum Joseph decus, &c. *pag:* 238.

℣. Dedisti mihi protectionem salutis tuæ. All:
℟. Et dextera tua suscepit me. Alleluja.

Ad Benedictus Antiphona.

Joseph Fili David, noli timere accipere MARIAM Conjugem tuam; quod enim in ea natū est, de Spiritu Sancto est. Alleluja.

O R A T I O.

DEUS, qui ineffabili providentia, Beatum Joseph Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta quæsumus, ut quē Protectorem veneramur in terris, Intercessorem habere mereamur in Cœlis. Qui vivis, &c.

Et fit commemoratio Dominicæ.

Ad Tertiam Antiph. Missus est: &c.

Capit: Benedictiones Patris tui &c.

℟. *br.* Constituit eum Dominum domus suæ: * Alleluja. Allel: Constituit eum &c.

℣. Et Principem omnis possessionis suæ. Al: Al: Gloria Patri. Constituit.

℣. Con-

℣. Confitebor Nomini Tuo. Alleluja.

℟. Quoniam adjutor, & Protector factus es mihi. Alleluja.

Ad Sextam Antiph: Ascendit autem.

Capitulum Genes. 49. v. 25.

DEUS Patris tui erit adjutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus Cœli desuper.

℟. *br.* Confitebor nomini tuo: Alleluja. Alleluja. Confitebor.

℣. Quoniam adjutor, & Protector factus es mihi. All: All: Gloria Patri. Confitebor.

℣. Justus germinabit sicut lilium. Alleluja.

℟. Et florebit in æternum ante Dominum. Al:

Ad Nonam Antiph: Ascendit autem.

Capitulum Genes. 49. v. 22.

Filius accrescens Joseph, filius accrescens, & decorus aspectu: Filiæ discurrerunt super murū.

℟. *br.* Justus germinabit sicut lilium: * Alleluja, Allel. Justus germinabit.

℣. Et florebit in æternum ante Dominum. Alleluja, Allel. Gloria Patri. Justus.

℣. Plantatus in domo Domini. Alleluja.

℟. In atriis domûs DEI nostri. Alleluja.

In secundis Vesp: omnia ut in primis, exceptis sequentibg.

℣. Sub umbra illius, quem desideraveram sedi. Alleluja.

℟. Et fructus ejus dulcis gutturi meo. Allel:

Ad Magnificat Antiphona.

Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Alleluja.

J U N I U S.

DIE XVI. JUNII

In Festo B. JOANNIS FRANC; REG: Soc: J.
Omnia de Cōm: Conf. non Pont: præter ea, quæ sequūt.

ORATIO.

DEUS, qui ad plurimos pro salute animarum perferendos labores Beatum Joannem Franciscum Confessorem tuum mirabili charitate, & invictâ patientiâ decorasti; concede propitius, ut ejus exemplis instructi, & intercessionibus adjuti æternæ vitæ præmia consequamur. Per D. &c.

In II. Nocturno. Lectio IV.

JOannes Franciscus Regis Nobili genere natus in Oppidulo Narbonensis Galliæ, cui nomen Fons coopertus, eximiæ Sanctitatis à teneris annis indicia præbuit. In eo jam tùm eluxere mira morum innocentia, flagrans orationis studium, pudor, & modestia singularis. Societatem JESU ingressus Tolosæ anno ætatis decimonono, humilitate, obedientiâ, charitate, odio sui, cæterisq; vitæ Religiosæ virtutibus excelluit. Absolutis studiis, totum se procurandæ animarum saluti penitùs devovit. Asperos Vivariensium, Velaunorum, & Forensium Montes, & ingentes Helviorum tractus, glacie, nivibusq; ferè perpetuis horridos, eorumq; Colonos inscitiâ, rusticitate, barbarie intractabiles suscepit excolendos, eo successu, ut innumerabiles homines, aut Calvinianâ lue infectos, aut perditis moribus corruptos, ad Catholicā Fidē, & ad Christianam pietatē traduxerit.

Lectio

Lectio V.

CAmpestribus Missionibus hyberno tẽpore perfunctus, æstivo revertebatur Anicium, ibiq; in Nosocomiis, & in carceribus, in privatis ædibus, in compitis, ac Templis omne hominum genus, omnibus omnia factus sublevabat. Pauperũ greges, corrogatis undiq; subsidiis, præsertim cùm sæviret fames, multiplicato etiam non semel per miraculum frumento, sustentabat: Unde illi Patris Pauperum cognomen inditum fuit. In flagitiosis hominibus, & perditis præsertim mulierculis è vitiorum cœno educendis, vix credibile est, quot probra, ludibriaq; pertulerit, erecto semper, & alacri vultu imperterritus, licet gladiis jugulo sæpè admotis, alapis ori impactis, & fustibus corpori. Grassante peste, infirmos eo morbo laborantes sedulò invisens, ardenti reficiebat charitate. Erga alios blandus, ac beneficus, in se ipse sæviebat acerrimè, asperis ciliciis, ferreis catenis, cruentis flagellationibus, somnum breviter in nuda tabula, aut humi carpens, semper abstemius, vilissimoq; semper victitans cibo, & adeò tenui, ut arcendæ morti potiùs, quàm sustentandæ vitæ sufficeret.

Lectio VI.

DIvino amore sic erat incensus, ut illum unũ spirare, loqui, cogitare videretur. Plures noctis horas orationi dabat, Cœlestibus affluens deliciis, & extra se sæpe raptus. Rem Divinam eâ animi attentione, eo vultus ardore faciebat, ut sacrum, quo effervescebat ignem, etiam in ad-

ſtantes diffunderet. Miraculis, aliisq; donis ſupernaturalibus mirè claruit. Tandem vocatus ad præmia laborum, in Viennenſis Diæceſis Pago, cui nomen eſt Laloveſcus, correptus lethali morbo ex laboribus contracto, cùm ſæviret hyems frigidiſſima, Cœleſtibus recreatus illuſtrationibus, ad æterna gaudia invitatus, ſpiritũ Creatori reddidit anno 1640. die 31. Xbris, vitæ ſuæ 44. Ejus Sepulchrum incredibili Populorũ per aſperrimos Montes undiq; confluentium concurſu, ob Sanctitatis, & Miraculorum famam, quæ maximè percrebeſcebat, ſummâ devotione eſt frequentatũ. Quibus omnibus permotus Clemens XI. Pontifex Maximus, Joannem Franciſcum Beatorum Faſtis ſolemni ritu adſcripſit XXIV. Maji, MDCCXVI. eâ die ejuſdem celebrandæ Feſtivitati aſſignatâ. Clemens verò XII. Anno 1737. novis in diẽ fulgentem miraculis in Sanctorum album retulit 16. Junii die, quam ejuſdem poſtea celebrandæ feſtivitati Benedictus XIV. aſſignavit.

In III. Nocturno Homil: in Evangelium: Sint lumbi veſtri præcincti.

Feriâ Sextâ poſt Octavam Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ſub Ritu Duplicis Majoris.

O F F I C I U M
Ss. CORDIS DOMINI NOSTRI JESU XSTI.

Ad Veſperas. Antiphona.

Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis Corde.

Pſalm: Dixit Dominus Domino meo. *pag. 161.*

Ant: Sanctificavi locum iſtum, ut ſit Nomen meum

meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

Psalm: Confitebor tibi Domine: &c. *p. 162.*

Ant: Et dixi: Ergo sine causa justificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die.

Psalm: Credidi, propter quod. &c. *p. 164.*

Ant: Secundùm multitudinem dolorum meorum in Corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Psalmus 127.

BEati omnes qui timent Dominum: * qui ambulant in viis ejus. Labores manuum tuarum quia manducabis: * beatus es, & benè tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundans, * in lateribus domus tuæ. Filii tui sicut novellæ olivarum, * in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo: * qui timet Dominũ. Benedicat tibi Dominus ex Sion: * & videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorum tuorum, * pacem super Israel.

Ant: Pone me ut Signaculum super Cor tuum, ut Signaculum super brachium tuum.

Psalm: Lauda Jerusalem. &c. *pag: 167.*

Capitulum Isaiæ 12.

ECce DEUS Salvator meus, fiducialiter agã, & non timebo, quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

Hymn: AUctor beate sæculi,
Christe Redemptor omnium,

Lumen Patris de lumine,
DEUSq; verus de DEO.
Amor cògit te tuus,
Mortale corpus ſumere,
Ut novus Adam redderes:
Quod vetus ille abſtulerat.
Ille amor almus Artifex
Terræ, marisquè, & ſyderum,
Errata Patrum miſerans,
Et noſtra rumpens vincula.
Non Corde diſcedat tuo.
Vis illa amoris inclyti:
Hoc fonte gentes hauriant,
Remiſſionis gratiam.
Percuſſum ad hoc eſt lancea,
Paſſumquè ad hoc eſt vulnera,
Ut nos lavaret ſordibus
Unda fluente, & ſangvine.
Decus Parenti, & Filio,
Sanctoq; ſit Spiritui,
Quibus poteſtas, gloria,
Regnumq; eſt in omne ſæculum. Amen.

℣. Ignem veni mittere in terram.
℟. Et quid volo, niſi ut accendatur?

Ad Magnificat Antiphona.

Improperium expectavit Cor meum, & miſeriam: & ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur & nō fuit, & qui conſolaretur, & non inveni.

O R A T I O.

COncede quæſumus, Omnipotens DEUS, ut qui in Sanctiſſimo dilecti Filii tui Corde glorianteſ, præci-

præcipua in nos charitatis ejus beneficia recolimus: eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per eundem Dominum nostrum.

Ad Matutinum Invitatorium.

Christum pro nobis passum: Venite adoremus.

Psalm: Venite exultemus Domino.

Hymn: EN, ut superba criminum,
Et sæva nostrorum cohors,
Cor sauciavit innocens
Merentis haud tale DEI!
Vibrantis hastam Militis
Peccata nostra dirigunt;
Ferrumquè diræ cuspidis,
Mortale crimen acuit.
Ex Corde scisso Ecclesia
Christo jugata nascitur;
Hoc ostium Arcæ in latere est,
Genti ad salutem positum.
Ex hoc perennis gratia,
Ceu septiformis fluvius;
Stolas ut illic sordidas,
Lavemus Agni in sanguine.
Turpe est redire ad crimina,
Quæ Cor beatum lacerent:
Sed æmulemur cordibus
Flammas Amoris indices.
Hoc, Christe nobis, hoc Pater,
Hoc Sancte dona Spiritus,
Quibus potestas, gloria,
Regnumq; in omne est sæculum. Amen.

In I. Nocturno Antiphona.

Quid

Quid eſt homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum Cor tuum?

Pſalm: Domine Dominus noſter: &c. *cum reliquis ut in Comm: Virg:* *pag:* 88.

Ant: Meditatio Cordis mei in conſpectu tuo ſemper. *Ant:* Elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

℣. Domine dabis pacem nobis.

℟. Omnia enim opera noſtra operatus es nobis. Pater noſter. *Abſol:* Exaudi Domine. ℣. *Jube D.*

Bened: Benedictione perpetua.

De Iſaia Propheta *Cap:* 12. *Lectio I.*

COnfitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: Converſus eſt furor tuus, & conſolatus es me. Ecce DEUS Salvator meus: fiducialiter agam, & non timebo; quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Et dicetis in die illa: Confitemini Domino, & invocate nomen ejus, mementote quoniam excelſum eſt Nomen ejus. Cantate Domino, quoniam mirificè fecit; annunciate hoc in univerſa terra. Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Iſrael.

℟. Ego ſum panis vitæ: Patres veſtri manducaverunt manna in deſerto, & mortui ſunt: * Hic eſt panis de Cœlo deſcendens; ut ſi quis ex ipſo manducet, non moriatur.

℣. Ego ſum Panis vivus, qui de Cœlo deſcendi, ſi quis manducaverit ex hoc Pane, vivet in æternum. Hic eſt.

Lect. II. Cap. 26.

IN die illa cantabitur canticum istud in terra Juda, Urbs fortitudinis nostræ Sion, Salvator ponetur in ea murus, & antemurale. Aperite portas, & ingrediatur gens justa, custodiens veritatem. Vetus error abiit, servabis pacem, pacē quia in te speravimus. Sperâstis in Domino in sæculis æternis, in Domino DEO forti in perpetuum. Quia incurvabit habitantes in excelso, Civitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam usq; ad terram.

℟. Ecce vidimus eum non habentem speciem, neq; decorem: aspectus ejus in eo non est: hic peccata nostra portavit, & pro nobis dolet: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, Cujus livore sanati sumus.

℣. Verè langvores nostros Ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Cujus livore.

Lectio III.

SEmita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum: & in semita judiciorum tuorum Domine sustinuimus te: Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea desideravit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te. Cùm feceris judicia tua in terra, justitiā discēt habitatores orbis.

℟. Benedictus Dominus DEUS Israel, qui facit mirabilia magna solus. * Et benedictum Nomen Majestatis ejus in æternum.

℣. Replebitur Majestate ejus omnis terra, fiat, fiat. Et benedictum. Gloria P. Et benedictum.

In

In II. Nocturno.

Ant: Afferentur in lætitia, & exultatione adducentur in Templum Regis.

Psalmi ut in Communi Virgin. *pag: 92.*

Ant: Sanctificavit Tabernaculum suũ Altissimus.

Ant: Sicut lætantiũ omniũ habitatio est in te.

Psalm: 3. Fundamenta ejus: &c. *pag: 118.*

℣. Conversus est furor tuus.

℟. Et consolatus es me.

Pater noster. *Abs.* Ipsius pietas. ℣. Jube Dne.

Benedict: DEUS Pater Omnipotens.

De Sermone S. Bernardi Abbatis. *Serm: 3 de Pas.*

Lectio IV.

QUia semel venimus ad Cor dulcissimum JESU, & bonum est nos hic esse, ne sinamus nos facile avelli ab eo, de quo scriptum est: Recedentes à te in terra scribentur. Quid autem accedentes? Tu ipse doces nos: Tu dixisti accedentibus ad te: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in Cœlo. Accedamus ergo ad te, & exultabimus, & lætabimur in te, memores Cordis tui. O quàm bonum, & quàm jucundum habitare in Corde hoc! Quin potius dabo omnia, omnes cogitationes, & affectus mentis commutabo jactans omne cogitatum meum in Cor Domini JESU, & sine fallaciâ illud me enutriet.

℟. Qui manducat meãm Carnem, & bibit meaum Sanguinem * in me manet, & ego in eo.

℣. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut DEUS noster adest nobis. In me manet.

Lectio

Lectio V.

AD hoc Templum, ad hæc Sancta Sanctorum, ad hanc Arcam Teſtamenti adorabo, & laudabo Nomen Domini, dicens cum David. Invenit cor meum, ut orem DEUM meum. Et ego inveni Cor Regis, Fratris, & amici benigni JESU. Et numquid non adorabo? Hoc igitur Corde tuo, & meo, dulciſſime JESU, invento, orabo te, DEUM meum: admitte tantum in Sacrarium exauditionis tuæ preces meas; imò me totum trahe in Cor tuum. O omnium pulchritudine ſpecioſiſſime JESU, amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me; ut purificatus per te puriſſimum, poſſim accedere, & in Corde tuo omnibus diebus vitæ meæ merear habitare, & ut videre ſimul, & facere tuam valeam voluntatem.

℟. Sicut ovis ad occiſionem ductus eſt, & dũ malè tractaretur, non aperuit os ſuum; traditus eſt ad mortem, * ut vivificaret populum ſuum.

℣. Tradidit in mortem animam ſuam, & inter ſceleratos reputatus eſt. Ut vivificaret.

Lectio VI.

AD hoc enim perforatum eſt Latus tuum, ut nobis pateſcat introitus. Ad hoc vulneratum eſt Cor tuum, ut in illo, & in te ab exterioribus perturbationibus abſoluti habitare poſſimus. Nihilominus & propterea vulneratum eſt, ut per vulnus viſibile, vulnus amoris inviſibile videamꝰ. Quomodo hic ardor meliùs oſtẽdi poteſt, niſi quòd non ſolùm Corpus, verùm etiã ipſum Cor lancea vulnerari permiſit? Carnale ergo vulnus, vulnus

ſpiri-

ſpirituale ōſtendit. Quis illud Cor tam vulneratū non diligat? quis tam amans non redamet? Quis tam caſtum non amplectatur? Nos igitur adhuc in corpore manentes, quantum poſſumus amemꝰ, redamemus, amplectamur Vulneratum noſtrum, cujus impii agricolæ foderunt manus, & pedes; Latus, & Cor: ſtemusq; ut cor noſtrum durum adhuc, & impænitens Amoris ſui vinculo conſtringere, & jaculo vulnerare dignetur.

Quam charitatem Chriſti patientis, & pro generis humani redemptione morientis, atq; in ſuæ mortis commemorationem inſtituentis Sacramentum Corporis, & Sanguinis ſui, ut Fideles ſub Sanctiſſimi Cordis Symbolo devotiùs, ac ferventiùs recolant, ejusdemq; fructus uberiùs percipiant, Clemens XIII. Pontif. Max: ejuſdem Sāctiſſimi Cordis Feſtum quibuſdam petentibus Eccleſiis celebrare permiſit.

℟. Magnus Dominus, & laudabilis nimis: * & ſapientiæ ejus non eſt numerus.

℣. Magnus Dominus, & magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt finis. Et ſapientiæ.

In III. Nocturno Antiph.

Annuntiate de die in diem ſalutare ejus.

Pſalm: ut in Comm: Virg: pag: 96.

Ant: Adorate eum omnes Angeli ejus: audivit, & lætata eſt Sion.

Ant: Viderunt omnes termini terræ ſalutare DEI noſtri.

℣. Ex Sion ſpecies decoris ejus.

℟. DEUS noſter manifeſte veniet.

Pater noster. *Absol*: A vinculis. ℣. Jube Domne.
Bened: Evangelica lectio.
Lectio S. Evangelii secundùm Joannem. C. 19. 31.
IN illo tempore Judæi, quoniam Parasceve erat, ut non remanerent in Cruce corpora Sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Et reliqua
Homilia S. Augustini Episc: *Tract*: 120. *in Joan*
Lectio VII.
UNus militum lancea Latus ejus aperuit, & cōtinuo exivit Sanguis, & aqua. Vigilanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret Latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud; sed aperuit, ut illud quodammodo vitæ ostium panderetur, unde Sacramenta manaverunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur. Ille Sanguis, qui fusus est, in remissionē fusus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat poculū, hæc & lavacrum præstat, & potū. Hoc prænuntiabat, quod Noe in latere Arcæ ostiū facere jussus est, quo intrarent animalia, quæ non erant diluvio peritura, quibus figurabatur Ecclesia.
℟. Misit me vivēs Pater, & ego vivo propter Patrem: * & qui manducat me vivet propter me.
℣. Cibavit illum Dominus Pane vitæ, & intellectus. Et qui manducat.
De Homilia S. Joannis Chrysost: *Hom*: 84.
Lectio VIII.
VIdes, quanti sit veritas? per ea, quæ Judæi faciunt, prophetia impletur; alia enim ex hoc

manifestata est. Venerunt ergo Milites, & aliorũ fregerunt crura, non Christi; sed ad Judæorum gratiam conciliandã. Latus ejus lanceâ aperuerũt, & mortuo adhuc insultant. O pessimam voluntatẽ, ac scelestissimam! Noli tamen perturbari, o dilectissime; quæ enim malo illi animo patrârunt, veritati consentiebant, prophetia hinc impleta est, inquiẽs: videbunt, in quem transfixerunt. Neq; hoc tantùm, sed non credituris fuit fidei argumentum, ut Thomæ, & qui cum eo erant. Ad hæc & arcanum mysterium confirmatum est; exivit enim Sanguis, & aqua. Nõ casu, & simpliciter hi fontes scaturiêrunt, sed quoniam ex ambobus Ecclesia constituta est.

℟. Recessit Pastor noster, fons aquæ vivæ, ad cujus transitum Sol obscuratus est: * Portas mortis, & seras pariter Salvator noster disrupit.

℣. Destruxit quidem claustra inferni, & subvertit potentias diaboli. Portas. Gloria. Portas.

De Hom: S. Bonaventuræ Ep: *Lib: de Ligno vitæ.*

Lectio IX.

PОrro ut de Latere Christi dormientis formaretur Ecclesia, divina est ordinatione indultum, ut unus militum lanceâ Latus Sacrum illud aperiendo perfoderet, quatenus Sanguine cũ aqua manante, pretium effunderetur nostræ salutis, quod à fonte scilicet Cordis arcano profusum, vim daret Sacramentis Ecclesiæ, ad vitam gratiæ conferendam; essetq; jam in Christo viventibus poculum fontis vivi, salientis in vitam æternã. Surge igitur anima amica Christi, vigilare non cesses,

ses, ibi os appone, ut haurias aquas de Fontib9 Salvatoris. Te DEUM laudamus.

Ad Laudes & per Horas, Antiph.

Discite à me, quia mitis sum: & humilis Corde.

Psalm. Dominus regnavit *cum reliq: de Domin.*

Ant: Sanctificavi locum istum, ut sit Nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & Cor meum ibi cunctis diebus.

Ant: Et dixi: Ergo sine causa justificavi Cor meum, & lavi inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die.

Ant: Secundùm multitudinem dolorum meorum in Corde meo consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Ant: Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.

Capitulum. Isaiæ 12.

Ecce DEUS Salvator meus, fiducialiter agam, & non timebo, quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

H Y M N U S.

COr, Arca legem continens
Non servitutis veteris;
Sed gratiæ, sed veniæ,
Sed & misericordiæ.

Cor, Sanctuarium novi
Intemeratum Fœderis,
Templum vetusto sanctius,
Telumquè scissum utilius:

Te vulneratum Charitas
Ictu patenti voluit,

Amo-

Amoris invisibilis,
Ut veneremur vulnera.
Hoc sub Amoris symbolo
Passus cruenta, & mystica,
Utrumque Sacrificium
Christus Sacerdos obtulit.
Quis non amantem redamet?
Quis non redemptus diligat,
Et Corde in isto seligat
Æterna tabernacula?
Decus Parenti, & Filio,
Sanctoquè sit Spiritui,
Quibus potestas, gloria,
Regnumq; in omne est sæculum. Amen.

℣. Verè languores nostros ipse tulit.
℟. Et dolores nostros ipse portavit.

Ad Benedictus Antiphona.

Vulneratus est propter iniquitates nostras; attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati sumus.

O R A T I O.

COncede quæsumus, Omnipotens DEUS, ut qui in Sanctissimo dilecti Filii tui Corde gloriantes, præcipua in nos Charitatis ejus beneficia recolimus: eorũ pariter & actu delectemur, & fructu. Per eundem Dominum nostrum.

Ad Primam.

℟. *br.* Christe Fili DEI vivi miserere nobis. Christe Fili DEI, &c.

℣. Qui passus es pro nobis. Miserere nobis.

Ad Tertiam.

Capi-

Capitulum. Ecce DEUS Salvator. &c.

℟. *br.* Verè languores noſtros ipſe tulit. Verè.

℣. Et dolores noſtros ipſe portavit. Langvores noſtros ipſe tulit. Gloria Patri. Verè.

℣. Posuit fines tuos pacem,

℟. Et adipe frumenti ſatiat te.

Ad Sextam. Capitulum Iſaiæ 12.

Dicetis in illa die, Confitemini Domino; & invocate Nomen ejus, & mementote quoniam excelſum eſt Nomen ejus.

℟. *br.* Poſuit fines tuos pacem. Poſuit.

℣. Et adipe frumenti ſatiat te. Fines tuos pacem. Gloria Patri. Poſuit.

℣. Dirupiſti Domine vincula mea.

℟. Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.

Ad Nonam. Capitulum Iſaiæ 12.

Cantate Domino, quoniā mirificè fecit, annunciate hoc in univerſa terra. Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sāctus Iſrael.

℟. *br.* Dirupiſti Domine vincula mea. Dirup:

℣. Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Vincula mea. Gloria Patri. Dirupiſti.

℣. Erit Dominus nominatus in ſignum æternum.

℟. Quod non auferetur.

In II. Veſperis, omnia ut in primis, præter ſequentia.

℣. Haurietis aquas in gaudio.

℟. De Fontibus Salvatoris.

Ad Magnificat Antiphona.

Ad JESUM autem cùm veniſſent, ut viderunt eum mortuum, non fregerunt ejus crura; ſed unus militum lanceâ Latus ejus aperuit, & conti-

nuo

nuo exivit Sanguis, & Aqua.

Oratio. Concede quæsumus, &c. *ut supra.*

DIE XIX. JUNII.

S. JULIANÆ de FALCONER: Virg: Smdpx.

Omnia ut in Communi Virg: *pag:* 85.

AD VESPERAS.

Ant: Hæc est Virgo, &c. *cū rel: de Laud: p. 99.*

Psalm: Dixit Dominus &c. *cum reliq. ut] p. 161.*

Hymn: CÆlestis Agni nuptias,
O Juliana dum petis,
Domum paternam deseris,
Chorumquè ducis Virginum.

Sponsumque suffixum Cruci,
Noctes diesquè dum gemis
Doloris icta cuspide,
Sponsi refers imaginem.

Quin septiformi vulnere
Fles ad genu Deiparæ,
Sed crescit infusa fletu,
Flammasquè tollit charitas.

Hinc morte fessam proxima,
Non usitato te modo,
Solatur, & nutrit DEUS,
Dapem supernam porrigens.

Æterne rerum Conditor,
Æterne Fili par Patri,
Et par utrique Spiritus,
Soli Tibi sit gloria. Amen.

ORATIO.

DEUS, qui B. Julianam Virginem tuam, extre-
mô

mô morbô laborantem, pretioſo Filii tui Corpore mirabiliter recreare dignatus es, concede quæſumus, ut ejus intercedentibûs meritîs, nos quoq; eodem in mortis agone refecti, ac roborati, ad Cœleſtem Patriam perducamur. Per eundem &c.

Lectiones I. Nocturni de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno. Lectio IV.

JUlianna ex nobili Falconeria Familia clariſſimo Patre, qui Templum Deiparæ ab Angelo ſalutatæ, ære ſuo magnificè à fundamentis Florentiæ ut nunc viſitur, erexit. Matre Regvardata, ambobûs jam ſeneſcentibûs, ac ad id tempus ſterilibus nata eſt annô milleſimô ducenteſimô ſeptuageſimô. Ab incunabulis nō exiguum futuræ ſanctitatis ſpecimen dedit; Vagientibûs quippe labrîs ſvaviſſima JESU, & MARIÆ Nomina ultro proferre audita eſt: Pueritiam poſtmodum ingreſſa totam ſe Chriſtianis virtutibus mancipavit, in quibus adeo excelluit, ut B. Alexius Patruus, cujus inſtitutis ac exemplis inſtruebatur, Matri dicere non dubitaverit, ipſam, non fæminam peperiſſe, ſed Angelum, nam ita modeſto vultu, animoq; ab omni vel leviſſima erroris macula pura fuit, ut oculos nunquam in toto vitæ curſu ad hominis faciem intuendam erexerit, auditoq; peccati vocabulo contremuerit, imo ſceleris narratione perculſa, illico prope exanimis corruerit. Expletô nondum decimoquintô ætatis ſuæ annô re familiari, licet opulenta, terrenîsq; poſthabitîs nuptiîs, DEO Virginitatem in manibus Divi Philippi Bennitii ſolemniter vovit, ab eoq; omniū

prima, religiosum Mantellatarum habitum ut di-cunt, sumpsit.

℟. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiã: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Et deducet. *Bened:* Christus perpetuæ.

Lectio V.

JUlianæ exemplum secutæ sunt plurimæ ex nobilioribus Familiis Fæminæ, ac Mater ipsa filiæ sese religiosè instituendã dedit, ita ut auctò paulatim numerô, Ordinem Mantellatarum instituerit, ac illi piè vivendi leges summâ prudentiâ, ac Sanctitate tradiderit. Ejus virtutes cum optimè perspectas Divus Bennitius haberet, morti proximus nulli meliùs, quàm Julianæ, non Fæminas tantùm, sed & totum Servorum Ordinem cujus Propagator, & Moderator exstiterat, commendatum voluit. Verùm ipsa demissè semper de se cogitabat, & cum cæterarum esset Magistra in re quaq; domestica licèt vili, sororibus famulabatur. Assiduitate orandi integros insumebat dies, in extasim sæpissimè rapta, & si reliquum in sedandis Civium dissidiis, criminosis à via iniquitatis retrahendis, ac inserviendis impendebat ægrotis, quorum quandoq; saniem ex ulceribus manantè admoto ore lãbens, eos sanitati restituebat. Corpus flagrîs nodosîs, funiculîs ferreîs, cingulîs, vigiliis, humi nudæ cubando, terere solita fuit. Parcissimô cibô & hoc vilî, quatuor hebdomadæ diebus, & reliquîs duobûs solo Angelorum Pane conten-

contenta, excepto die Sabbathi, quô pane solo, & aqua nutriebatur.

℟. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te DEUS, DEUS tuꝰ oleô lætitiæ.

℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea. Bened: Ignem sui amoris.

Lectio VI.

DUra hujusmodi vivendi ratione in stomachi morbum incidit, quo ingravescente, cùm septuagesimum ætatis annum ageret, ad extremum vitæ spatium redacta est. Diuturnæ valetudinis incommoda hilari vultu, constantiq; animo pertulit, de uno tantùm conqueri audita est, quòd cùm cibum capere, ac retinere nullo modo posset, ab Eucharistica mensa, ob Sacramenti reverentiã arceretur. Verùm his in angustiis constituta, Sacerdotem rogavit, ut allatum Divinum Panem, quem ore sumere nequibat, pectori admoveret. Precibus saltem exterius, illius morem gessit Sacerdos, & mirum! eodẽ temporis momento, Divinus Panis disparuit, & Juliana sereno, ac ridenti vultu exspiravit. Res supra fidem tamdiu fuit, donec Virgineum de more curaretur Corpꝰ, inventa enim est circa sinistrum pectoris latus, carni veluti sigillô impressa forma hostiæ, quæ Christi Crucifixi Effigiem repræsentabat. Hujus prodigii famâ cæterorumq; miraculorum, nõ Florentiæ tantùm, sed totius Christiani Orbis venerationem illi conciliavit, ac per quatuor prope integra sæcula adeò aucta est, ut tandem Benedictus Papa XIII. in ejus celebritate Officiũ pro-

prium recitari ab universo ordine B. MARIÆ Virginis Servorum jusserit. Clemens verò XII. munificentissimus ejusdem Ordinis Protector novis in dies miraculis coruscantem SS. Virginum Catalogo adscripsit.

℟. Afferentur Regi Virgines post eam, proximæ ejus: * Afferentur tibi in lætitia & exultatione. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna. Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.

In III. Nocturno Homilia S. Gregorii Papæ in Evang: Simile est Regnum Cœlorum decem Virgin: &c.

IX. Lectio SS. Gervasii & Protasii Martyrum.

GErvasius & Protasius, vitalis & Valeriæ Filii, quorum Pater Ravennæ, Mater Mediolani pro Christi Domini Fide martyrium subiêrunt, distributô pauperibus patrimoniô, domesticos servos libertate donârunt. Quo facto Gentilium sacerdotes immane in illos conceptum odiũ habebant. Quare cùm Astasius Comes in bellum proficisci vellet, hanc occasionem perdendi pios fratres se nactos esse putaverunt. Itaq; Astasio persvadent, se à diis admonitos esse, nullo modo eum in bello victorem futurum, nisi Gervasio & Protasio coactis Christum negare, eosdem ad sacra diis facienda compelleret. Quod cùm illi detestarentur, Astasius imperavit Gervasium tamdiu cædi, dum inter verbera expiraret. Protasium fustibus contusum securi percuti jubet. Quorũ Corpora Philippus Christi Servus clam sustulit, & in suis ædibus sepelivit; quæ posteà S. Ambrosius, DEI

monitu

monitu inventa, in loco sacro, & insigni collocanda curavit. Passi sunt Mediolani decimo tertio Kalendas Julii.

In Laudibus fit commem: SS. Gervasii & Protasii.

Ant: Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus meliores estis vos.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

O R A T I O.

DEUS, qui nos annua Sanctorum Martyrum tuorum Gervasii & Protasii, solemnitate lætificas: concede propitius, ut quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dominum;

J U L I U S.

D I E IV. J U L I I.

S. JOSEPHI CALASANCTII à MATRE DEI *C O N F E S S O R I S.*

Fundatoris Ordinis Clericorum Regul: Pauperũ Matris DEI Scholarum Piarum Officium dx.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis præter ea quæ sequuntur.

O R A T I O.

DEUS, qui per S. Josephum Confessorem tuũ ad erudiendam spiritu intelligentiæ, ac pietatis juventutem, novum Ecclesiæ tuæ subsidium providere dignatus es, præsta quæsumus, nos ej9 exemplo, & intercessione ita facere, & docere, ut præmia consequamur æterna. Per Dom: &c.

In I. Nocturno Lectiones de Script: occur.

In II. Nocturno Lectio IV.

Josephus

JOsephus Calasanctius à Matre DEI Petraltæ in Aragonia Nobili Genere natus, à teneris annis futuræ in pueros charitatis, & eorum institutionis indicia præbuit. Nam adhuc parvulus eos ad se convocatos in Mysteriis Fidei, & sacris precibus erudiebat. Humanis, divinisq; litteris egregie doctus, cum studiis Theologicis Valentiæ operam daret, nobilis potentisq; fœminæ illecebris fortiter superatis, virginitatem, quam DEO voverat, inoffensam, insigni victoria servavit. Sacerdos ex voto factus, a compluribus Episcopis in Castellæ Novæ, Aragoniæ: & Catalauniæ regnis in partem laboris adscitus, expectationem omnium vicit, pravis ubiq; moribus emendatis, Ecclesiastica disciplina restituta, inimicitiis cruētisq; factionibus mirificè extinctis. At Cœlesti visione, & DEI voce frequenter admonitus, Romam profectus est. Tu autem Dne. &c.

℞. Honestum fecit illum: &c.

Lectio V.

IN Urbe summa vitæ asperitate, vigiliis, & jejuniis corpus affligens in orationibus, & Cœlestium rerum contemplatione dies nocteq; versabatur, septem ejusdem Urbis Ecclesias singulis fere noctibus obire solitus: quem inde morem cōplures annos servavit. Dato piis sodalitatibus nomine, mirum, quanto ardore pauperes, infirmos potissimùm aut carceribus detentos eleemosynis, omniq, pietatis officio sublevaret. Lue Urbem depopulante, una cum S. Camillo, tanto fuit actus impetu charitatis, ut præter subsidia

ægro-

ægrotis pauperibus large collata, ipsa etiam defunctorũ cadavera suis humeris tumulanda transferret. Verum cum divinitus accepisset, se ad informandos intelligentiæ, ac pietatis spiritu adolescentulos, præcipue pauperes, destinari, Ordinem Clericorum Regularium Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum fundavit, qui peculiarem curam circa puerorum eruditionem ex proprio Instituto profiterentur: Ipsumq; Ordinẽ Clementi VIII. Paulo V. aliisq; Summis Pontificibus magnopere probatum, brevi tempore per plurimas Europæ Provincias, & Regna mirabiliter propagavit. In hoc autem tot labores perpessus est, ac tot ærumnas invicto animo toleravit, ut omniũ voce miraculum fortitudinis, & S. Jobi exemplũ diceretur. Tu autem &c.

℟. Amavit eum &c.

Lectio VI.

QUamvis ordini universo præesset, totisq; viribus ad animarum salutem incumberet, nunquam tamen intermisit pueros, præsertim pauperiores erudire, quorum scholas verrere, eosquè domum comitari consuevit. In eo summæ patientiæ, & humilitatis munere, valetudine etiam infirma, duos & quinquaginta annos perseveravit: dignus propterea, quem crebris DEUS miraculis coram discipulis illustraret, & cui Beatissima Virgo cum Puero JESU, illis orantibus benedicente, appareret. Amplissimis interim dignitatibus repudiatis, prophetiâ, abdita cordium, & absentia cognoscendi donis, & miraculis clarus,

Deipa-

Deiparæ Virginis, quam singulari pietate, & ipse ab infantia coluit, & suis maxime commendavit, aliorumq; Cœlitum frequenti apparitione dignatus, cum obitûs sui diem, & Ordinis tunc prope everfi restitutionem, atq; incrementum prænunciasset, secundum & nonagesimum annum agens, Romæ obdormivit in Domino octavo Kalend. Septembris, Anno 1648. Ejus Cor, & lingua post sæculum integra, & incorrupta reperta sunt. Ipse verò multis post obitum quoq; signis à DEO illustratus, primum à Benedicto XIV. Beatorum cultu decoratus fuit, ac deinde à Clemente XIII. Pontifice Maximo inter Sanctos solemniter est relatus. Tu autem Domine &c.

℟. Iste Homo &c.

In III. Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Matthæum.

Lectio VII. Cap: 18.

IN illo tempore, accesserunt Discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas, major est in Regno Cœlorum. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrisostomi.

In Cap: 18. Matth: Hom: 60.

VIdete, ne aliquem istorum contempseritis parvulorum, quia eorum Angeli Patris mei faciē semper aspiciunt, & quia ego propter eos veni, & hæc Patris mei voluntas est, ad tuendos, cōservandosq; pusillos diligentiores nos reddit. Perspicis quam ingentia in tutelam tenuium mœnia erexerit, & quantum studium, curamq; habeat, ne perdantur, tum quia supremas decipiē-

tibus

tibus eos pœnas statuit, tum quia summam pollicetur mercedem his, qui curam eorum suscipiunt, idq; tam suo, quam Patris exemplo corroborat. Tu autem Domine &c.

℟. Iste est: &c.

Lectio VIII.

DOminum igitur etiam nos imitemur, & nihil pro fratribus omittamus, etiam eorum, quæ humilia, viliaq; nimium videntur: sed si administratione nostra etiam opus fuerit quamvis tenuis, atq; abjectus quidem, cui administrandum sit, fuerit, quamvis ardua nobis res, atq; laboris plena esse videatur, omnia hæc pro fratris salute tolerabiliora, faciliora que, oro, videantur: Tanto enim studio, tantaque cura DEUS dignam esse animam ostendit, ut neque Filio suo pepercerit. Tu autem &c.

℟. Sint lumbi vestri &c.

Lectio IX.

SI non est nobis satis ad salutem, quod virtuosè ipsi vivamus, sed oportet aliorum salutem re ipsa desiderare; cum neque nos recte vivamus, nequè alios hortemur, quid respondebimus? quæ nobis spes salutis reliqua erit? Quid majus, quam animis moderari, quam adolescentulorum fingere mores? Omni certe pictore, omni certe statuario, ceterisque hujusmodi omnibus excellentiorem hunc duco, qui juvenum animos fingere non ignoret. Tu autem Domine &c.

Te DEUM laudamus, &c.

DIE VII. JULII.

In Festo S. PULCHERIÆ Virg: Imp: dx. maj.

De Communi Virginum exceptis sequentibus.

ORATIO.

DEUS, qui B. Pulcheriam Virginem tuam singulari Castitatis prærogativâ decorâsti, quiq; illi ad defendendam Ecclesiam tuam summum fidei amorem tribuere voluisti; concede, ut ejus intercessione tibi puris mentibûs inhærentes: ab omnium hostium insidiis misericorditer liberemur. Per Dominum nostrum &c.

Lectiones primi Nocturni de Epist. S. Pauli. De Virginib: Præceptum Domini non habeo, &c.

In II. Nocturno. Lectio IV.

ÆLia Pulcheria Augusta, Patre, Avo, Fratre, atq; Viro Romanorum Imperatoribûs maximè nobilis, profligatîs suâ præsertim operâ hæreticorum erroribûs, re & Catholico dogmate circa Incarnationis Mysterium, & Divinam Maternitatem constituto, multô nobilior, ab ipsa pueritia tantâ sapientiâ divinitûs prædita fuit, ut ii, quibus post Arcadii Patris obitum Imperii procuratio, dum Theodosius adolesceret, commissa fuerat, ejus arbitratu omnia facerent; essetq; constans opinio, unius puellulæ virtute ac sapientia, quæ instare atq; ingruere videbantur, pericula discussa, & felicitatem Imperio constitutam. Domi assidua disciplinæ exactrix, eam vivendi formam induxit, ut illa jam non Aula Imperatorū, sed Asceterium vulgò diceretur. Theodosium Fratrem, Eudoxiam, quam illi matrimonio conjungen-

jungendam curavit, Flaccillam, Arcadiam, Mariam Sorores ita imbubebat bonis moribûs, exercebatq; ad virtutem, ut quibus ætate non multùm præstabat, eorum moderatrix, ac propemodum, Mater esse videretur. Qua institutione Sorores quantùm profecerint, vel ex uno intelligi potest, quòd Pulcheriam imitatæ, se suamq; Virginitatē DEO devoverunt; utq; Augusta Virgo ea, quæ decreverat, ampliùs confirmaret, omnesq; voluntatis suæ testes haberet, ex auro, & pretiosis lapidibus sacram mensam in Ecclesia Constantinopolitana pro Virginitate sua, & Fratris Imperio dedicavit; & in fronte ipsius mensæ hæc eadem inscripsit.

Lectio V.

POtior autem ejus in Theodosio instituendo eluxit cura; eumq, ubi opus esset, mira quadam dexteritate corrigebat, qui quidem talis est effectus, ut absolutissimum optimi vereq; Christiani Principis exemplar fuerit, dum Pulcheriæ consiliis est obsecutus. Post diuturnam cum Fratre concordiam, turbis malevolorum, fraude atquè obtrectatione in Aula excitatis, tēpus nacta, quô sibi jam uni, DEOq; vacare posset, secessit in Hebdomum, locum Byzantio suburbanum, ibiq; vitam agens pene Monasticam, aliquandiu se cōtinuit; cùm verò felicitas Imperii unà cum ea exularet, à Fratre accersita, ubi deesse vidit, qui prælia Domini pugnaret, Deboram imitata fide, ac religione armata processit, & missîs in omnem partem Epistolîs: hortando, monendo, minitando,

non

non laboribus parcens, digna effecta est, quam Patres, Concilii Chalcedonensis una omnium voce atq; præconiô Custodem Fidei, pacis Conciliatricem, Expultricem hæreticorum. Piam Orthodoxam, novam Helenam (sicut Martianum tunc Imperatorem, novũ Constantinum,) consalutarēt; cuq; S. Leo totius Romanæ Ecclesiæ nomine plurimùm gratularetur, ejusq; causâ exultare se diceret, ac digna DEO vota persolvere, quod de Nestoriana primùm impietate, mox de nefario Eutythetis errore perempto, duplicem illi & palmam contulerat, & coronam.

Lectio VI.

ATq; hæ tantæ curarum moles, quas præsertim in Ephesino ac Chalcedonensi Conciliis Romanorum Pontificum auctoritate convocatis necessariò susceperat, nihilò illam ad cætera Christianæ pietatis officia obeunda fecêre segniorem. Assiduè Cœlestium rerum contemplatione, Sacrorum librorum lectione, corporis afflictationibûs sponte susceptis, se exercebat, Psalmos de nocte unà cum Regiæ Familiæ Principibus decantabat. DEI, ac Sanctorum (quorum & colloquiô non semel dignata est) cultrix eximia: quæ etiã summopere semper contendit, ut erga eorum Reliquias cultus augeretur. Deiparam imprimis coluit, cui hanc ipsam Deiparæ appellationem contra Nestorianorum blasphæmias asseruit: voluit namq: summa Sapientiæ suæ dispositione Divina Providentia, ut per Virginem summa Virginis dignitas inoffensa penitus servaretur: quam etiã

est

eſt imitata, ſervando perpetuam in ipſo conjugio Virginitatem; cujus deniq; cultui amplificando complura templa regali plenè magnificentia ex. citavit, donariis auxit, reditibus locupletavit. In placanda Divina Juſtitia mira pietate enitnit. Fuit erga pauperes miſericordiâ planè ſingulari: quos & materna quadam caritate complexa eſt quò ad vixit & moriens eorum, quæ aſſidua ef. fuſiſſimaq; liberalitas reliqua fecerit, ſcripſit hæ. redes. Quod cautum ab ipſa teſtamentô fuit di. ligenter curavit Martianus, quem pari religionis ſtudio, rebusq; omnibus Imperiô digniſſimū, ipſa evexerat ad Imperium, ſibiq; hanc ipſam ob cau- ſam, ſalvâ, quam DEO voverat, Virginitate, cō- jugem delegerat. Obiit anno quadringenteſimo tertio, magno omnium luctu, maximisq; Sancto- rum Patrum, cæterorumq, ejus ævi Scriptorum laudibus celebrata.

In III. Nocturno.

Lectio S. Evang: ſecundùm Joannem. C. 17. 3.

IN illo tempore, dixit JESUS: Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum DEUM verum, & quem miſiſti, JESUM Chriſtum. Et reliqua. Homilia S. Cyrilli Epiſcopi Alexandr: *De Fide ad Pulcheriam & Sorores Reginas.*

Lectio VII.

SAnè vos ſacras, caſtiſſimasq; Chriſti omnium noſtrum Salvatoris ſponſas, religioſiſſimæ ac DEO dilectiſſimæ Imperatrices, orbis terrarū or- namentum, Sanctiſſimarumq; Eccleſiarum decus optimo jure quisquis appellaverit, in quibus ni- mirum

mirum omne virtutum genus, omnisq; ornatus Divinæ Majestatis oculis gratus acceptusq; mirificè splendet. Neq; his opibûs contentæ, omnem quoq; curam, omneq; studium adhibetis, quô fide rectâ, nullamq; in partem vacillante, excellatis. Neq; Christi Regnum capessere, & ea, quæ illi grata sunt, facere & sentire omittitis, partim quidem præclarîs actionibûs, partim rursum tum vestras Principum quoq; vestrorum aulas, Virginitatis gloriâ condecorantes, partim deniq; sumptuosissima Templa Christo Domino excitantes; nam & hoc quoq; pietatis studium inter cætera ille Sanctis vestris animis impertitus est.

Lectio VIII.

IGitur ex sacris literis vobis verè Sanctis Christi sponsis (quamquam ad quodvis opus bonum abundè instructæ videamini) aliquid depromam. Hinc etenim, & Emmanuelem verum ac naturalē DEUM, & Virginem Matrem, quæ eum peperit, veram per ipsum Deiparam esse, planum fiet. Ait Christus: hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum DEUM verum, & quem misisti JESUM Christum. Si cum solius veriq; DEI cognitione JESU Christi cognitionem necessariam, consociatamq; esse oportet, & hoc ipsum æternam vitā conciliat, cui obscurum esse potest, Christum verum esse DEUM? Verbum sanè Caro factum est, sed mansit interim Verbum.

Lectio IX.

ET ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum sicut & nos unum sumus. Qua-

lem

lem itaq; gloriam Filius à Patre accepisse se narrat, quam nobis deinde communem fecerit? Sanè ipse ab hac quæstione nos liberat, dum ait: ut unum sint, sicut & nos unum sumus. Nam etsi DEI Patris Verbum, secundùm propriam hypostasim aliud à Patre esse dignoscatur, naturali tamen identitate unum planè & idem est cum illo. At quó pactô Verbum illud, unum quoq; nobiscum factum est? Ad eundem omnino modum, puta secundùm essentialem, & naturalem identitatem. At cùm Divina natura tanto à creatura distet intervallô, ut secundùm essentiam cum ea coire nequaquam valeat; ecquô, inquis, modô secundùm naturam unum ille factus est nobiscũ, qui omnem omnino creaturam excellit? Verbum factus est Homo: ut quemadmodum in Deitate unum & idem est cum Patre secundùm naturæ humanæ habitudinem sit unum quoq; nobiscum.

DIE XVIII. JULII

In Festo B. SIMONIS de Lipnica Conf. dx. min:

Omnia de Communi Conf. non Pontif. præter sequentia.

ORATIO.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui B. Simonẽ Confessorem tuum Evangelicæ prædicationis gratiâ sublimâsti; concede propitius, ut ejus doctrinæ pabulo nutriti, quæ tibi sunt placita exequentes, per semitas justitiæ ad Cælestem patriã feliciter pervenire valeamus. Per Dominum &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Lectio IV.

Simon

SImon in Oppido Lipnica Regni Poloniæ piis, honestisq; Parentibus natus, ab ineunte ætate non obscuras exhibuit futuræ virtutis significationes; nam & Deiparam summo studio colebat, & pueriles ludos aspernabatur. Cracoviam studiorum causâ missus, ibidem summa cum laude versatus est, & bonis artibus liberalibusq; disciplinis eruditus, in ea Academia primum gradum obtinuit, sed non multò, post cùm Ordo Minorũ Observantium S. Joannis à Capistrano operâ, tũc temporis in Poloniam invectus Sanctitatis famâ clareret illud vivendi institutum, ut DEO liberiùs exserviret, amplexus est.

℟. Honestum fecit &c.

Lectio V.

IN Religione rerum Cœlestium contemplatione assiduè addictus, corpus cilicio, flagellis, longaq; esurie macerabat. Ferventissimo erga Deiparam amore actus, plures horas quotidie in precibus eidem fundendis suaviter impendebat, diebusq; illi sacris cilicio, quod continenter gestarẽ consuevit, aliud asperius superaddebat. Præ maxima animi demissione vilissima quæq; Cœnobii munera obire, hominum præconia, honoresq; fugere, convicia verò, & adversa patientissimè ferre solemne habuit; castitatis perpetuus custos, à mulierum conspectu semper abhorruit. Delato sibi concionandi munere, tanta eloquentia, tantoq; fervore functus est, ut plures è vitiorum cœno ad rectam salutis semitam reduxerit, plures etiã ad mundi contemptum pertraxerit.

℟. Amavit eum, &c. *Le-*

Lectio VI.

MArtyrii æstuans desiderio, in Palestinam non sine magnis itineris incōmodis profectus est. Sed spe sublata Martyrii, postquam loca illa, in quibus Redemptionis nostræ Mysteria acta sunt effusa Spiritûs consolatione visitâsset, Cracoviam reversus est, ubi consuetis exercitationibus; sedulam operam navabat. Deniq; cùm pestilentia in eadem Urbe maximè grassaretur, & Simon ut erat charitatis plenus, ægrotantibus Sacramenta administrare, monita salutis exhibere, quoquomodo opitulari non prætermitteret eodem & ipse morbo correptus, ad extremum vitæ pervenit. Itaq; mortem nihil timens, cupiens dissolvi, & esse cū Christo, oculis in Christi è Cruce pendentis Imaginem defixis, spiritum placidissimè DEO reddidit, anno à partu Virginis millesimo quadringentesimo octogesimo secundo, quintodecimo Kalendas Augusti. Ejus Corpus in Ecclesia Sancti Bernardini sui Ordinis prope Cracoviam elatum, innumeris cœpit clarere miraculis. Quare paucos post annos ut fidelium cultui fieret satis, in nobiliorem locum translatum est. Hunc autem cultum, ab hominum memoria eidem exhibitum Apostolica Sedes comprobavit.

℟. Iste Homo perfecit. &c.

In III. Nocturno Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri in Evang: Nolite timere, &c.

Dominica proxima post Festum SS. Petri & Pauli Ap.
B. JOANNIS de Dukla Conf. non Pont. P. R. P.

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Joannem Confessorem tuū, eximiæ humilitatis, & patientiæ donis decorasti: concede propitius, ut ejusdem imitantes exempla, consequamur & præmia. Per Dom: &c.

Lectiones I. Nocturni. Beatus Vir.

In II. Nocturno. Lectio IV.

JOannes in Oppido Dukla Poloniæ Regni, honestis Parentibus natus, ab infantia futuræ sanctimoniæ non obscura præbuit indicia: Divina siquidem benedictione præventus, nihil ab uberibus Matris suæ in ore frequentius, quam Sacrosancta JESU, & MARIÆ Nomina, habere consuevit. Christianæ perfectionis desideriô incensus, adhuc adolescens Regulam Sancti Patris Francisci apud Minores Conventuales Professus est; eo successu, ut una cum ætate creverit etiam in eo eminentiorum virtutum exercitatio; & ob singularem humilitatem, gravitaté morum, effusam in omnes charitatem, Fratribus evaserit acceptissimus. Ad Religionis munia inventus maximè idoneus, pluribus Cænobiis ex obedientia præfuit, & Leopolitanam custodiam, summa cum laude administravit.

℟. Honestum fecit &c.

Lectio V.

A Sancto Joanne à Capistrano, per Casimirum Regem sub id temporis in Poloniam evocato, Fratribus Minorum de Observantia adscriptus, præconceptam sui expectationem, abunde cumulavit.

lavit. Nam Orationi, & Cœlestium rerum contemplationi acrius insistere, erga Fratres, ac proximos, nullum charitatis officium prætermittere, in deliciis habuit. Regularis Observantiæ adeo zelator extitit, ut non sine lacrymis, vel minimâ negligi sanctæ institutionis partem animadverteret: eoq; vel uno libello ditissimus, illum fere quotidie, aut ipse per se legeret, aut ab alio sibi perlegi oblectaretur. Nihil illo tolerantius in laboribus, in vigiliis, & voluntaria corporis afflictatione, nihil continentius in victu, & vestitu fuit. Beatam Virginem Mariam, singulari prosequebatur devotionis affectu. Ad hæc mirificam diffidentes componendi gratiam, insignem castitatem, & alacrem addidit obedientiam.

℟. Amavit eum Dominus, &c.

Lectio VI.

PRædicationis vim, & efficaciam ad profectum attulit animarum, maximè in Ruthenis, Schismaticis, & Armenis confutandis, quos ad Catholicæ Fidei unionem revocare, omni ope satagebat. A Cœlestis vitæ tramite aberrantes, quâvis ex diutino morbo captus oculis, qua concionibus, qua sacris Confessionibus audiendis, in rectam viam reducere nunquam destitit. Demum septuagenarius, gravium infirmitatum doloribus, eximia patientia toleratis, munitus Ecclesiæ Sacramentis, & Psalmis Pœnitentialibus recitatis, Leopoli, ipso die Festo S. Michàëlis Archangeli, obdormivit in Domino. Annô 1484. Ejus vitæ, atq; obitus sanctimonia, & miraculorum fama,

apud Polonos præsertim, & Lithvanos, magno semper in honore fuit. Quare Summus Pontifex Clemens XII. Beati Joannis cultum ratum habuit; ipsumq; à Polonis, & Lithvanis, inter primarios Patronos allectum, ampliori veneratione coli in posterum, Apostolica benignitate concessit.

℟. Iste Homo perfecit &c.

In III. Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundùm Lucam. *Cap: 12.*

Lectio VII.

IN illo tempore: dixit JESUS Discipulis suis: nolite timere pusillus grex. Et reliqua.

Homilia S. Petri Chrysologi Episcopi.

HOdie Dominus, Evangelici gregis pusilla, & tenera primordia, quam blanda exhortatione sit consolatus, audistis. Nolite timere, inquit, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro, dare vobis Regnum. Aufert spes anxias, dubios tollit eventus, omnemq; propellit, & excludit timorem, quando in exordio ipsum regnum nascentibus pollicetur: quoniam complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Quis de fructu, quis de vestitu, quis de plebeio censu, & vernalis cespitis vilitate suspirat? De regno certus, de dominatione securus, satis sibi invidet, qui elevat9 ad summa, sed ad humilia dejicit, ad egena deponit. ℟. Iste est, qui &c.

Lectio VIII.

SEd scire convenit, Pater iste quis est, vel qualis est, vel, quod regnum filiis repromittit. Quis sit iste Pater? quotidie te confitente cogno-

scis

scis, cùm clamas: Pater noster, qui es in Cœlis: qualis autem sit? ipsa operum magnitudine pervidisti: ex nihilo fecit Cœlum, terram solidavit ex liquido, montes statuit ad stateram, Maria inter legitimos terminos, sola præcepti auctoritate conclusit. Verùm, si regni, quod promittis pusillis, desideras noscere qualitatem, ipse aperuit, sic dicendo: Sinite parvulos venire ad me: talium est enim Regnum Cœlorum.

℞. Sint lumbi &c.

Lectio IX.

ESse in Cœlo, mirum est, in Cœlo vivere est majestatis, jam regnare in Cœlo, quanti sit, sensus desinit æstimare mortalis, & tamen homo quod æstimare non potes, percepisti. Apostolo sic dicente: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit DEUS diligentibus se. Et quod te mereri dubitas, habere te, & possidere, jam cogeris cōfiteri. Quid ergo cum terra illi, qui possidet Cœlum? quid illi cum humanis, qui adeptus est jam divina? nisi forte placent gemitus, eliguntur labores, amantur pericula, pessima mors delectat, & illata mala bonis sunt gratiora collatis.

IN JULIO.

B. CUNEGUNDIS V. P.R.P. dx 1. cl. cū Oct.

Celebratur Dominica proxima post diem 24. Julii.

ORATIO.

DEUS, qui B. Cunegundem dulcedinis tuæ benedictionibus prævenisti, ac Virginem etiam

in

in conjugio conſervaſti, præſta quæſumus, ut ipſa intercedente, per vitæ puritatem tibi jugiter adhærere, & per ejus veſtigia gradientes, ad te pervenire feliciter mereamur. Per Dominũ &c.

Lectio I. Noct: de Epiſtola prima B. Pauli Apoſt: ad Corinth: *Lectio I.* Cap: 7. c.

DE Virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, &c.

In II. Nocturno *Lectio IV.*

CUnegundis Hungariæ Rege Bela, & Maria Alexii Græcorum Imperatoris Filia Parentib9 genita, SS. Vladislai, Hedvigis, Salomeæ, Eliſabeth, & Ludovici, non minus illuſtrium virtutũ, quam Regii Sangvinis cognatione præfulſit. Cùm adhuc in utero geſtaretur, clara voce Cœlitus emiſſa, Mater didicit ſe prolem eximiæ Sanctitatis parituram. Vix autem in lucem edita, linguam in verba mirabiliter ſolvit, quibus Beatam Virginẽ Cœlorum Reginam ſalutavit. Tum veluti infantiæ impedimenta neſciret, admiranda præbuit futuræ Sanctitatis argumenta; nã quartis, & ſextis quibusq; feriis ſemel tantum lac ſugebat, cumq; inter nutricis ulnas Miſſæ Sacrificio intereſſet, Sanctiſſima JESU, & MARIÆ Nomina, cum proferrentur, demiſſo capite venerabatur, oculisquè in Cœlum intentis, tota in Sacrorum Myſteriorũ contemplationem defixa videbatur. Tu autẽ &c.

℟. Propter veritatem, &c.

Lectio V.

PUeritiam, jugi divinarum rerum meditationi ac jejuniis addicta, fundendis precibus, eleemoſy-

nis

nis erogandis, aliisq; piis operibus, transegit. Custodiendæ autem Virginitatis studium, tunc maximè probavit, cum proposito conjugio diu obluctata, sed Parentibus tandē morē gerere coacta, & Boleslao Poloniæ duci in matrimoniū tradita, prima nuptiarū nocte, suasionibus precibusq; impetravit, ut sibi Virginitatem colere liceret: deinde verò illum puritatis amore inflammavit, ut pari consensu cum intacta Conjuge, castitatem, emisso voto, servandam perpetuo statuerit, quo Pudici cognomentum adeptus est. Polonico autē Regno tam virtutum exemplis mirificè consuluit, quam impetratis à DEO beneficiis; inter quæ illud præcipue celebratur, quod Salisfodinam, unde opulentissimi reditus Regno proveniunt, mirabiliter obtinuerit. ℟. Dilexisti justitiam &c.

Lectio VI.

MOrtuo Boleslao, Poloniæ regimen constantissime recusavit, curisq; omnibus exuta, & facultatibus in pauperes distributis, Ordinē S. Claræ in Monasterio Sandecensi, quod ipsa condiderat, professa est. Ibi cum aquarum inopia Sorores laborarent, flumini haud procul decurrenti imperavit, ut alveo diverteret; & cursum, quem bacillo aquis designaverat, per acclivia licet loca teneret, DEOq; famulæ suæ precibus annuente, Monasterii necessitatibus insigni miraculo provisū est. Cum autem in eodem Monasterio annos tredecim sanctissime vixisset, maximis virtutibus, signisq, ac prophetiæ dono illustris, præcognita mortis hora, placidissime quievit in Domino, die

Vigesi-

Vigesima quarta Julii, anno salutis ducentesimo nonagesimo secundo, supra millesimum, cujus Anima niveo amictu ornata, inter Angelorum Choros Cœlum conscendere visa est; ejusq; immortalem gloriam innumera deinde miracula comprobarunt, nam captivi libertatem, cæci visum, ægri plurimi sanitatem à morbis gravissimis, ipsa intercedente, recuperarunt, ac mortui pleriq; in vitã sunt revocati. Itaq; antiquissimum cultum, quo per universam Poloniam celebratur, Alexander Papa VII. approbavit; & Clemens Papa XI. eandem in pr mariam ejusdem Regni, & Magni Ducatus Lithvaniæ Patronam rite electam confirmavit. ℟. Afferentur Regi &c.

In III. Nocturno Hom: in Evang: Simile est Regnum Cœlorum decem Virginibus, &c.

D I E XXX. J U L I I.

In Festo S. CAMILLI de Lellis C. Clericorum Regular: Infirmis Ministrantium Fund. Sdpx. *Omnia de Cõm: Conf. non Pont: exceptis iis, quæ sequ.*

O R A T I O.

DEUS, qui Sanctum Camillum, ad animarum in extremo agone luctantiũ subsidium, singulari caritatis prærogativa decorasti, ejus quæsumus, meritis, Spiritum, nobis tuæ dilectionis infunde, ut in hora exitus nostri hostẽ vincere, & ad Cœlestem mereamur coronam pervenire. Per D. &c.

Postea fit Comm: SS. Symphorosæ & Filiorum MM. ut in Breviario.

Ad Matut: in Hymno, Iste Confessor, *dicitur.* ℣. Meruit supremos, &c.

In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno Lectio IV.

CAmillus Bucclanici Theatinæ Diæcesis Oppido ex Nobili Lelliorum Familia natus est, Matre sexagenaria, cui gravidæ visum est per quietem, Puerulum Crucis signo in pectore munitum, & agmini puerorum idem signum gestantium præeuntem, se peperisse. Adolescens rem militarem sequutus, sæculi vitiis aliquandiu indulsit; donec vigesimum quintum agens ætatis annũ, tanto supernæ gratiæ lumine, Divinæq; offensæ dolore correptus fuit, ut uberrimo lacrymarum imbre illico perfusus, anteactæ vitæ sordes indesinenter abstergere, novumq; induere hominem, firmiter decreverit. Quare ipso, quod id cõtigit, Purificationis Beatissimæ Virginis Festo die, ad Fratres Minores, quos Cappuccinos vocànt, convolans, ut eorum numero adscriberetur, summis precibꝰ exoravit. Voti compos semel, atq; iterum factus est; sed fœdo ulcere, quo aliquando laboraverat, in ejus tibia iterato recrudescente, Divinæ Providentiæ majora de eo disponentis consilio, humiliter se subjecit, suiq; victor, illius Religionis bis expetitum, & susceptum habitum bis dimisit.

℟. Honestum &c.

Lectio V.

ROmam profectus, in Nosocomium, quod Insanabilium dicitur, receptus est, cujus etiam administrationem, ob perspectas ejus virtutes sibi demandàtam, summa integritate, ac sollicitudine verè paterna peregit. Omnium ægrorum servum se reputans, eorum sternere lectulos, sordes tergere,

gere, ulceribus mederi, agoniq; extremo piis precibus, & cohortationibus opem ferre, solenne habuit; quibus in muneribus præclara præbuit admirabilis patientiæ, invictæ fortitudinis, & hæroicæ caritatis exempla. Verùm, cum animarum in extremis periclitantium, quod unice intendebat, levamini subsidium litterarum plurimum conferre intelligeret, triginta duos annos natus, in primis grammaticæ elementis tyrocinium inter pueros iterum subire nõ erubuit. Sacerdotio postea rite initiatus, nonnullis sibi adjunctis Sociis, prima jecit Congregationis Clericorum Regulariũ Infirmis Ministrantium fundamenta, irrito conatu obnitente humani generis hoste: Nam Camillus Cœlesti voce è Christi Crucifixi, manus etiam de ligno avulsas admirando prodigio protendentis, Simulacro emissa mirabiliter confirmatus, Ordinẽ suum à Sede Apostolica adprobari obtinuit, Sodalibus quarto obstrictis maxime arduo voto, Infirmis, quos etiam pestis infecerit, ministrandi. Quod Institutum, quam foret DEO acceptum, & animarum saluti proficuum, S. Philippus Nerius, qui Camillo à sacris Confessionibus erat, cõprobavit, dum ejus alumnis decedentium agoni opẽ ferentibus, Angelos suggerentes verba, sæpius se vidisse testatus est. ℟. Amavit eum &.

Lectio VI.

ARctioribus hisce vinculis, ægrotantium ministerio mancipatus, mirum est, qua alacritate, nullis fractus laboribus, nullis deterritus vitæ periculis, diu, noctuq; ad supremum usq; spiritũ,

corum

eorum commodis vigilaverit. Omnibus omnia factus, vilissima quæq; officia demissimo obsequio, flexisq; plerumq; genibus, veluti Christũ ipsum cerneret in infirmis, hilari, promptoq; animo arripiebat: utq; omnium indigentiis præsto esset, Generalem Ordinis Præfecturam, Cœlique delicias, quibus in contemplatione defixus affluebat, sponte dimisit. Paternus verò illius erga miseros amor tum maximè effulsit, cum & Urbs contagioso morbo primum, deinde extrema annonæ laboraret inopia, & Nolæ in Campania dira pestis grassaretur. Tanta deniq; in DEUM, & proximum caritate exarsit, ut Angelus nuncupari, & Angelorum opem in vario itinerum discrimine experiri promereretur Prophetiæ dono, & gratiâ sanitatum præditus, arcana quoq; cordium inspexit; ejusq; precibus, nunc cibaria multiplicata sunt, nunc aqua in vinum conversa. Tandẽ vigiliis, jejuniis, & assiduis attritus laboribus, cũ pelle tantum & ossibus constare videretur, quinque molestis æque ac diutinis morbis, quos Misericordias Domini appellabat, fortiter toleratis, Sacramentis munitus Romæ, inter svavissima JESU & MARIÆ Nomina, ad ea verba: Mitis, atq; festivus Christi JESU tibi aspectus appareat: qua prædixerat horâ, obdormivit in Domino, pridie idus Julii, anno salutis millesimo sexcentesimo decimo quarto, ætatis suæ sexagesimo quinto: Quem pluribus illustrem miraculis, Benedictus XIV solemni ritu Sanctorum fastis adscripsit.

℟. Iste Homo &c.

In III. Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Joannem.

Lectio VII. Cap: 15. d.

IN illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Et reliqua.

Hom: S. Augustini Ep: *Tract: 83. in Joan: Evang.*

QUid putamus, Fratres mei; numquidnam solū ejus de ista dilectione mandatum est, qua diligimus invicem? Nonne est & aliud majus, ut diligamus DEUM? Aut verò, de sola DEUS nobis dilectione mandavit, ut alia non requiramus? Tria certè commendat Apostolus, dicens: Manet autem Fides, Spes, Caritas, tria hæc; major autem horum Caritas. Et si in Caritate, hoc est in dilectione, concluduntur duo illa præcepta, major tamen dicta est esse, non sola. De Fide igitur nobis, quàm multa mandata sunt, quā multa de Spe: Quis potest cuncta colligere, quis enumerando sufficere? Sed intueamur, quod ait idem Apostolus: Plenitudo legis Caritas.

℟. Iste est &c.

Lectio VIII.

UBi ergò Caritas est, quid est, quod possit deesse? Ubi autem non est, quid est, quod possit prodesse? Dæmon credit, nec diligit: nemo diligit, qui non credit. Frustra quidem, sed tamen potest sperare veniam, qui non diligit: nemo autem potest desperare, qui diligit. Itaq, ubi dilectio est ibi necessario Fides, & Spes: & ubi dilectio proximi, ibi necessario etiam dilectio DEI,

Qui

Qui enim non diligit DEUM, quomodo diligit proximum tanquam se ipsum? Quandoquidem non diligit & se ipsum; est quippe impius, & iniquus: qui autem diligit iniquitatem, non plane diligit, sed odit animam suam.

℟. Sint lumbi &c.

Lectio IX.

HOc ergo præceptum Domini teneamus, ut nos invicem diligamus, & quidquid aliud præcepit, faciemus: quoniam quidquid est aliud, hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio ab illa dilectione, qua se invicem diligunt homines: nam ut discerneretur, adjunctum est: Sicut dilexi vos. Ut quid enim diligit nos Christus, nisi ut regnare possimus cum Christo? Ad hoc ergo, & nos invicem diligamus, ut dilectionem nostrã discernamus à cæteris, qui non ad hoc se invicẽ diligunt, quia nec diligunt. Qui autem se, propter habendum DEUM diligunt, ipsi se diligunt, ergo ut se diligant, DEUM diligunt. Non est hæc dilectio in omnibus hominibus: Pauci, se propterea diligunt, ut sit DEUS omnia in omnibus. Te DEUM laudamus, &c.

IN FESTO
S. HIERONYMI EMILIANI C. Dpx. minus.
ORATIO.

DEUS misericordiarum Pater, per merita, & intercessionem Beati Hieronymi, quem Orphanis adjutorem, & Patrem esse voluisti, concede; ut spiritum adoptionis, quo filii tui nominamur, & sumus, fideliter custodiamus. Per Dominum,

In II. Nocturno. *Lectio IV.*

HIeronymus è gente Patritia Æmiliana Venetiis ortus, à prima adoleſcentia militiæ addictus, difficillimis Reipublicæ temporibus, Caſtro novo ad Quarum in Montibus Tarviſinis præficitur. Arce ab hoſtibus capta, ipſe in teterrimum carcerem detruditur, manibus ac pedibus vinctus, cui, omni humana ope deſtituto, Beatiſſima Virgo, ejꝰ precibus exorata, clemens adeſt, vincula ſolvit, & per medios hoſtes, qui vias omnes obſederant, in Tarviſii conſpectum incolumem ducit. Urbem ingreſſus ad Deiparæ aram, cui ſe voverat, manicas, compedes, catenas, quas ſecum detulerat, in accepti beneficii teſtimoniū ſuſpendit. Reverſis Venetias cæpit pietatis ſtudia impenſius colere, in pauperes mire effuſus, ſed puerorum præſertim miſertus, qui parentibus orbati, egeni & ſordidi per urbem vagabantur, quos in ædes à ſe conductas recepit de ſuo alendos, & Chriſtianis moribꝰ imbuendos. ℞. Honeſtum fecit &c.

Lectio V.

PEr eos dies Venetias appulerant B. Cajetanus, & Petrus Carafa poſtmodū Paulus IV. qui Hieronymi ſpiritu, novoq; inſtituto colligendi Orphanos, probato, illum in incurabilium Hoſpitale adduxerunt, in quo Orphanos ſimul educaret, atq; ægrotis pari charitate inſerviebat. Mox eorumdem hortatu in proximam continentem profectus, Brixiæ primum, deinde Bergomi, atq; Novocomi Orphano trophia erexit, Bergomi præſertim, ubi præter duo, pro pueris unum, & pro puellis

ellis alterum, domum excipiendis, novo in illis regionibus exemplô, Mulieribus à turpi vita ad pœnitentiam conversis, aperuit. Somaschæ demũ subsistens, in humili, pago. Agri Bergomensi ad Venetæ ditionis fines, sibi, ac suis ibi sedem constituit, formamq; induxit Congregationis, cui propterea, à Somascha, nomen factum, quã subinde auctam, & propagatam, nedum Orphanorũ regimini, & Ecclesiarum cultui, sed ad majorem Christianæ Reipublicæ utilitatem, Adolescentium in litteris, & bonis moribus institutioni, in Collegiis, Academiis, Seminariis addictam, S. Pius V. inter Religiosos Ordines adscripsit, cæteriq; Pontifices privilegiis ornarunt. ℟. Amavit eũ &c.

Lectio VI.

ORphanis colligendis intentus, Mediolanũ proficiscitur, atq; Ticinum, & utrobiq; collectis agminibus puerorum, tectum, victum, vestem, Magistros, nobilibus Viris faventibus, provide constituit. Inde Somaschã redux, omnibus omnia factus à nullo abhorrebat opere, quod in proximi bonum cedere perviderat. Agricolis immixtus per agros sparsis dum se illis adjutorem in metendis frugibus præbet, mysteria fidei explicabat, puerorum capita porrigine fæda abstergens, & patienter tractans curabat, putridis rusticorum vulneribus medebatur eô successu, ut gratia curationũ donatus censeretur. In monte, qui Somaschæ imminet, reperta specu, in illam se abdidit, ubi se flagellis cædens, dies integros jejunus transigens, oratione in plurimam noctem protracta, super

nudo

nudo saxo brevem somnum carpens, sui, aliorũq; noxarum pœnas luebat. In hujus specus interiori recessu, ex arido silice extillat aqua, precibus Servi DEI, ut constans traditio est, impetrata, quæ usq; in hodiernam diem jugiter manans, & in varias regiones delata, ægris sanitatem plerũq; conciliat. Tandem ex contagione, quæ per omnẽ vallem serpebat dum ægrotantibus inservit, & vita functos propriis humeris ad sepulturam defert, contracto morbo annos natus sex & quinquaginta, quam paulo ante prædixerat, pretiosã mortem obiit anno millesimo quingentesimo trigesimo septimo: quam pluribus in vita, & post mortem miraculis illustrem Benedictus XIV. beatorum Clemens verò XIII. Sanctorum Fastis solemniter adscripsit. ℟. Iste Homo &c.

In III. Nocturno.

Lectio S. Evangelii secundùm Matth: *C. 19. v. 13.*

Lectio VII.

IN illo tempore: Oblati sunt Jesu parvuli, ut manus eis imponeret & oraret. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrys. *Hom: 62. in Matth.*

CUr Discipuli pueros abigebant? Dignitatis causa. Quid ergo ille? Ut doceat illos modeste sapere, fastumq; mundanum conculcare. & suscipit, & ulnis complectitur, talibusq; Regnum Cœlorũ pollicetur id quod etiam dixit superius. Et nos igitur si volumus hæredes esse Cœlorum, hanc virtutem cum diligentia magna sectemur. Hoc est enim Philosophiæ culmen, simplicem esse cum prudentia. Hæc vita est Angelica, Anima enim,

puern.

puerulo omnibus animi morbis vacua est: non memoriam retinet injuriarum, sed eas inferentes adit, ut amicos, ac si nihil factum esset. Et quamvis à Matre verberibus cædatur eam semper quærit, & omnibus anteponit. ℟. Iste qui &c.

Lectio VIII.

SI Reginam ipsi ostendas diademate ornatam, nõ præfert eam matri pannis detritis vestitæ malletq; illam incultam videre, quam Reginam mirificè amictam. Nam quod suum, quod alienum est, non ex paupertate, vel divitiis, sed ex amore existimare solet, & nihil plus requirit, quam necessaria, atq; ut lacte repletus est, statim à flãma abscedit. Non eisdem, quibus nos, ærumnis premitur, nec pecuniarum jactura, rebusq; similib9; nec iisdem, quibus nos, fluxis rebus lætatur, neq; corporum pulchritudinem miratur. Ideo dicebat: Talium est enim Regnum Cœlorum, ut ex proposito voluntatis illa operemur, quæ natura sua pueri faciunt. ℟. Sint lumbi vestri &c.

Lectio IX.

QUia enim Pharisæi non aliunde, quam à nequitia, & arrogantia ad agendum ferebantur; ideo ubiq; Discipulos suos simplices esse jubet, illosq; subindicat, dum hos instituit. Nihil enim ira superbiã parit, ut principatus, & primi consessus. Quoniam igitur Discipuli per totum terrarum Orbem multum honoris consecuturi erant, ipsorum animos prævenit, nec finit eos humanũ quid pati, nec honorem à vulgo expetere, vel ante alios se se efferre. Nam etiamsi hæc parva

videntur esse, at malis ingentibus, causam præbent. Sic enim instituti Pharisæi in malorum culmen ascenderunt, salutationes, primos consessus, & medios requirentes, hinc in ardenté gloriæ cupiditatem, inde verò in impietatem lapsi sunt.

Te DEUM laudamus, &c.

A U G U S T U S.

OFFICIUM PROPRIUM CUM OCTAVA.

In Festo S. JOACHIM Genitoris B. M. V. P. R. P.

Dominica 2da post Octavam Assumptionis B M V.

A D V E S P E R A S.

Ant: Laudemus Virum gloriosum, *cum reliquis de Laudibus.* *Psalmi* Dixit Dominus. *cum reliquis de Dominica, & loco ultimi.* Laudate Dominum omnes gentes. &c.

Capitulum. Eccl: 44.

LAudemus Viros gloriosos, & Parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à sæculo.

℞. DEO gratias.

H Y M N U S.

TE gentes Joachim Christiadæ canant,
Te Patrem celebrent Virginis inclytæ,
Cui majora DEUS Dona benignior
Divis contulit omnibus.
Nam mundo Dominam Conjuge cum tua
ANNA protuleras, quâ fuit editus
Agnus, qui maculas, crimina qui tulit,
Pendens è trabe lignea.
Devotis precibus læta Polonia

Te felix Joachim conciliat ſibi,
Ut Sanctis meritis ſarmaticis plagis
Pacis munera conferas.
Te, Prolem generas qui tibi comparem,
Te, per quem genitor ſæcula condidit,
Te Fons, unde fluunt munera gratiæ,
Tellus, aſtraquè perſonant, Amen.
℣. Potens in terra ſemen ejus.
℟. Generatio rectorum benedicetur.

Ad Magnificat Antiphona.

Laudemus Virum glorioſum in generatione ſua, quia benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & Teſtamentum ſuum confirmavit ſuper caput ejus.

O R A T I O.

DEUS, qui præ omnibus Sanctis tuis Beatum Joachim Genitricis Filii tui Patrem eſſe voluiſti, concede quæſumus, ut cujus Feſta veneramur, ejus quoq; perpetua patrocinia ſentiamus; Per eundem Dominum &c.

Deinde fit Commemoratio Dominica occurrent.

Ad Matutinum Invitatorium.

Laudemus DEUM noſtrum * In veneratione Beati Joachim Protectoris noſtri.

Pſalm: Venite. *Hymn: ut in imis Veſperis.*

Ant: Vir juſtus, atq; perfectus fuit in generationibus ſuis, cum DEO ambulavit.

Pſalm: Beatus Vir, *cum reliquis de Comm: Conf. non Pontif.* *pag:* 80.

Ant: De omni corde ſuo laudavit Dominum, & dilexit DEUM, qui fecit illum.

Ant: Magnus factus est in terra sua, & præclarus in universo populo.

℣. Justus tota die miseretur, & commodat.

℟. Et semen ejus in benedictione erit.

Pater noster. *Absol* Exaudi Domine. *Bened*: Benedictione perpetua.

Lectio I. de Libro Ecclesiastici Cap: 44.

LAudemus Viros gloriosos, & Parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à sæculo. Dominantes in potestatibus suis homines magni virtute, & prudentia sua præditi, nuntiantes in Prophetis dignitatem Prophetarum, & imperantes, in præsenti populo, & virtute prudentiæ populis Sanctissima verba. In peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum.

℟. I. Ecce qui in vita sua suffulsit domum: * & adeptus est gloriam in conversatione gentis.

℣. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Et adeptus est.

Lectio II.

HOmines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes: pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. & sunt, quorum non est memoria, perierunt, quasi qui non fuerunt, & nati sunt, quasi non nati, & filii ipsorum cũ ipsis.

℟. II. Viam sapientiæ monstravit illi: * Quasi lux splendens semita ejus processit, & crevit, usque ad perfectam diem. ℣.

℣. Rectos fecit Dominus cursus ejus, & itinera illius in pace produxit. Quasi lux.

Lectio III.

SEd illi Viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt, cum semine eorum permanent bona. Hæreditas sancta nepotes eorum: & in testamentis stetit semen eorum, & filii eorũ propter illos usq; in æternum manent. Semen eorum & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem; Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorũ nuntiet Ecclesia.

℟. III. Dedit celebrationibus decus, & ornavit tempora usq; ad consummationem vitæ, * ut laudarent Nomen Sanctum Domini.

℣. Factum est illi testamentum æternum, & semini ejus sicut dies Cœli. Ut laudarent. Gloria Patri. Ut laudarent.

In II. Nocturno Antiph.

Dilectus DEO, & hominibus, cujus memoria in benedictionibus est. *Psalm*: Cum invocarem. *Ut in Comm: Conf. Pont. pag: 68.*

Ant: Magnus fuit secundum nomen suum, maximus in salutem electorum DEI.

Ant: Hæreditavit honorem in populo, & nomen illius erit vivens in æternum.

℣. Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus. ℟. Et testamentum suum confirmavit super caput ejus. Pater noster. *Absol.* Ipsius pietas. *Bened*: DEUS Pater Omnipotens.

Lectiones II. Nocturni ut in Breviario.

℟. IV.

℟. IV. In omni opere dedit Confessioné Sancto, & excelso in verbo gloriæ, * Glorificavit eum, & laudavit eum in benedictionibus.

℣. De omni corde suo dilexit Dominum. Glorificavit eum, & laudavit.

℟. V. Dedit illi Dominus gloriam, * Et exaltavit semen ejus usq; ad terminos terræ.

℣. Dilectus DEO & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Et exaltavit semen.

℟. VI. Dilatavit gloriam populo suo, * Et directa est salus in manu ejus.

℣. Lætificavit Jacob in operibus suis, & in sæculum memoria ejus in benedictione. Et directa est. Gloria Patri. Et directa est.

In III. Nocturno Antiphona.

In fide, & lenitate ipsius, sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.

Psalm: Domine quis. *ut in Comm: Conf. nō Pont.*

Ant: Factum est illi testamentum æternum, & semini ejus, sicut dies Cœli.

Ant: Dilatavit gloriam populo suo, & directa est salus in manu ejus.

℣. Gloria & divitiæ in domo ejus.

℟. Et justitia ejus manet in sæculum sæculi. Pater noster. *Absol:* A vinculis. *Bened:* Evangelica lectio. *Lectiones III. Noct: ut in Breviario.*

℟. VII. Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus. * Et testamentum suum confirmavit super caput ejus.

℣. Non recedet memoria illius, & nomen ejus requiretur à generatione in generationem. Et testamentum suum.

℟. VIII.

℞. VIII. Justus germinabit sicut lilium, * & florebit in æternum ante Dominum.

℣. Plantatus in Domo Domini, in atriis Domus DEI nostri. Et florebit. Gloria Patri. Et florebit. *Bened:* Per Evangelica dicta. *Homilia. 9. lect: Dominicæ.* Te DEUM laudamus, &c.

Ad Laudes & per Horas Antiph.

Laudemus Virum gloriosum in generatione sua, quia benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus.

Psalm: Dominus regnavit: *cum reliq: in Domin.*

Ant: Potens in terra erit semen ejus, generatio rectorum benedicetur.

Ant: Magnus Pater multitudinis gentiũ, quasi terræ cumulus crevit à mari, usq; ad mare.

Ant: Dedit illi Dominus gloriam, & exaltavit semen ejus, usq; ad terminos terræ.

Ant: Factum est illi testamentum æternum, & semini ejus sicut dies Cœli.

Capitulum. Eccl: Cap: 44.

Laudemus Viros gloriosos, & Parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia suâ à sæculo. ℞. Deo gratias.

H Y M N U S.

AD tuas Aras Joachim propinquat
Hic Chorus noster, celebratq; laudes
Corde devoto, memorans quòd ex Te
Gratia prodit.
Væ tibi dictum sterili tuæque
Conjugi, quondam peperit dolorem,
Gaude cum tamen dedecus Sacrata,
Abstulit infans. Virgi-

Virginum Virgo facit orta toti
Gaudia mundo, parit illa quippe,
Qui necem vincat, tribuens beatæ
Munera vitæ.
Longa te Regum series, Ducumquè
Anteit, priscos numerando Patres,
Hi Redemptorem procul intuentes
Tu Pater edis.
O tui felix Ave Conditoris,
Quem Patres inter veneratus Orbis
Suscipit, nobis, humiles precamur
Annue dexter.
Sit decus Patri genitæq; Proli,
Et tibi compar utriusquè semper
Spiritus alme, DEUS unus omni
Temporis ævo. Amen.
℣. Justus germinabit sicut lilium.
℟. Et florebit in æternum ante Dominum.
Ad Benedictus Antiphona.
Dedit illi Dominus gloriam, & exaltavit semen ejus usq; ad terminos terræ. Non recedet laus ejus ex ore hominum, qui memores fuerunt virtutis DEI. Alleluja.
O R A T I O.
DEUS, qui præ omnibus Sanctis tuis Beatum Joachim, Genitricis Filii tui Patrem esse voluisti, concede quæsumus, ut cujus Festa veneramur, ejus quoq; perpetua patrocinia sentiamus. Per eundem Dominum. &c.
Deinde fit Comm: Domin: occur.
Ad Tertiam Antiphona. Potens in terra.
Capit:

Capitul: Laudemus Viros gloriosos, & Parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia *suâ* à sæculo.

℟. DEO gratias.

℟. *br.* Benedictionem omnium gentium * dedit illi Dominus.

℣. Et testamentum suum confirmavit super caput ejus. Dedit illi Dominus. Gloria Patri. Benedictionem omnium.

℣. Factum est illi testamentum æternum.

℟. Et semini ejus sicut dies Cœli.

Ad Sextam Antiphona. Magnus Pater.

Capitulum. Eccl: 44.

In generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus, qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.

℟. *br.* Factum est illi testamentum æternum.

℣. Et semini ejus sicut dies Cœli. Testamentum æternum. Gloria Patri. Factum est illi.

℣. Justus germinabit sicut lilium.

℟. Et florebit in æternum ante Dominum.

Ad Nonam, Antiphona. Factum est.

Capitulum, Eccl: 44.

Cum semine eorum permanent bona. Hæreditas Sancta Nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum.

℟. *br.* Justus germinabit * sicut lilium.

℣. Et florebit in æternum ante Dominum. Sicut lilium. Gloria Patri. Justus germinabit.

℣. Justus tota die miseretur, & commodat.

℟. Et semen ejus in benedictione erit.

In II. Vesp: Ant: Psal: Capit: Hymn: ℣. *ut in I Vesp.*
Ad Magnificat Antiphona.

Dilatavit gloriam populo suo, & directa est salus in manu ejus. Lætificavit Jacob in operibus suis, & in sæculum memoria ejus in benedictione. *Comm: Domin: Occurr.*

OFFICIUM 2dum infr: Oct: S. JOACHIM.
Lectiones I. Noct: de Script: occur.
In II. Nocturno. Lectio IV.
Sermo S. Joannis Damasc: *Orat: 1. de Virg: MARIA Nativ: post initium.*

AD miraculorum fontem revertor, ac lætitiæ fluentis ingurgitatus Citharum Spiritûs rursus ferio, & natalitium hymnum cano. O castissimū ratione prædictarum turturū par Joachim & Anna! Vos ut naturæ legi consentaneum erat, pudicitia conservata, ea, quæ naturam superant, Divinitùs consecuti estis. Vos piè, ac sanctè in humana natura versati, Angelis superiorem, ac nunc Angelis dominantem Filiam in lucem extulistis. O pulcherrima & suavissima Filiola! O lilium inter spinas, ex nobilissima & maxima radice ortum! Per te Regnum Sacerdotii opibus auctum est. Per te legis traslatio contigit, atquè Spiritus, qui sub litera delitescebat, patefactus est, translata nimirùm à Levitica Tribu ad Davidicam, Sacerdotali dignitate.

℟. IV. In omni opere dedit Confessionē Sancto, & excelso in verbo gloriæ: * Glorificavit eū, & laudavit eum in benedictionibus.

℣. De

℣. De omni corde ſuo dilexit Dnũ. Glorificavit.

Lectio V.

VInea uberrima ex Anna pullulavit, atq; uvam ſuaviſſimam protulit, nectar mortalitatis fundentem in vitam æternam. Joachim & Anna ſibi ipſis ad juſtitiam ſeminârunt, ac vitæ fructum meſſuerunt. Illuminaverunt ſibi ipſis lumen ſcientiæ, ac Dominum exquiſiverunt, germenquè juſtitiæ ipſis venit. Fiduciã terra concipiat, & filii Sion gaudete in Domino DEO, quia germinavit deſertum, ſterilis protulit fructum ſuũ. Joachim & Anna tanquam Spirituales montes dulcedinem ſtillârunt. Lætare Beata Anna, quoniam Fœminam peperiſti, hæc enim Fæmina DEI Mater eſt: vitæ Porta, lucis fons, atq; Fœminarum crimen diſſolvit.

℟. V. Dedit ili Dominus gloriam: * Et exaltavit ſemen ejus uſq; ad terminos terræ.

℣. Dilectus DEO & hominibus, ejus memoria in benedictione eſt. Et exaltavit.

Lectio VI.

O Sacrum par Joachim & Anna, natalitiam hanc orationem à me accipe. O Joachim & Annæ Filia, ac Domina, peccatoris orationem accipe, ardenter tamen amantis ac colentis, Teq; ſolam gaudii ſpem habentis, vitæ antiſtitem in gratiam cum Filio me reducentem, firmamq; ſalutis arrham, peccatorum ſarcinam diſcute, idq; quod mentis meæ tenebras effundit, ac terrenam craſſitatem diſſipa. Pacem mundo, atq; omnibus hujus Urbis Incolis rectè de Religione ſentientibus,

abſolu

absolutam numeris omnibus lætitiam, ac sempiternam salutem, per tuorum Parentum, ac totius Ecclesiæ complementi preces concilia, fiat, fiat.

℟. VI. Dilatavit gloriam populo suo, * & directa est salus in manu ejus.

℣. Lætificavit Jacob in operibus suis, & in sæculum memoria ejus in benedictione. Et directa est. Gloria Patri. Et directa est.

In III. Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Matthæum.

Lectio VII.

LIber generationis JESU Christi Filii David, Filii Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Hilarii Ep: *Cōment: in Matth: Can: 7.*

NOn refert quis in originis numero, atq; ordine collocetur, dummodo universorum familia cæpta esse intelligatūr ab uno. Itaq; cum ejusdē tribûs sint Joseph, & MARIA, dum profectus esse ex Abrahæ genere Joseph ostenditur, profecta quoq; docetur & MARIA. Hæc enim in lege ratio servata est, ut si mortuus sine filiis familiæ Princeps fuisset, defuncti uxorem posterior Frater ejusdem cognationis acciperet, susceptosq; filios in familiam ejus, qui mortuus esset referret, maneretq; ita in Primogenitis successionis ordo, cum Patres eorum, qui post se nati essent, aut nomine haberentur, aut genere.

℟. VII. Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, * & testamentum suum confirmavit super caput ejus.

℣. Non

℣. Non recedet memoria illius. Et nomen ejus requiretur à generatione in generationem, & testamentum suum.

Lectio VIII.

COnsequens illud est, ut quia diximus secundũ rerum fidem generationis istius ordinem nec numero sibi, nec successione cõstare, hujus quoq; rei ratio afferatur. Non enim levis causa est, ut aliud in narratione sit, aliud fuerit in gestis, aliud referatur in summa, aliud verò teneatur in numero. Namq; ab Abraham usq; ad David quatuordecim generationes numeratæ sunt, & à David usq; ad Transmigrationem Babylonis in quibusdam libris decem & septem deprehenduntur. Sed in hoc non mendacii, aut negligentiæ vitiũ est. Nam Joras genuit Ochoziam, Ochozias verò Joam, Joas deinde Amasiam, Amasias autem Oziam, & in Mathæo Joras Oziam genuisse scribitur, cum quartus ab eo sit, hoc ita: quia ex gentili fæmina Joras Ochoziam genuit, ex Achab scilicet, qui Jezabel habuit Uxorem.

℟. Justus. &c.

Lectio IX.

DEniq; per Prophetam non nisi quarta generatione in Throno Regio Israëlis quemquam de domo Achab esse sessurum dicitur. Purgata igitur labe familiæ gentilis tribûs, quæ præteritis jam regulis in quarto generationum consequentiũ ordine numeratur, & usq; ad MARIAM generationes quatuordecim esse scribuntur, cum in numero decem & septem reperiantur, nullus error

esse

esse poterit scientibus, non eam solùm esse Domino nostro JESU Christo originem, quæ cæpit ex MARIA, sed in procreatione corporea Nativitatis æternæ significantiam comprehendi.

Te DEUM laudamus, &c.

OFFICIUM 3tium infr: Oct: S. JOACHIM.

Lectiones I. Nocturni de Script: occur.

In II. Nocturno. Lectio IV.

Sermo Sancti Joannis Damasc. *De dormit: Sanctissimæ DEI Genitricis orat: 1.*

SI gentiles eos, qui de vita discesserant, funebribus orationibus ornantes, id omne, quod ad alliciendos auditorum animos accomodatum esse cernebant, omni studio, ac diligentia conferebāt, tum ut ejus. quem laudandū susceperant, omnib9 numeris encomium absolutum esset, tum ut reliquos ad virtutem excitarent, atq; cohortarentur (sic tamen ut ex infinitis fabulis sermonem magna ex parte contexerent, quod videlicet, nihil domi haberent, quod ad ipsius commendationem proferrent,) quid tandem afferri queat, quin nos si ea, quæ verissima, ac veneratione digna sunt, quæq; benedictionem omnem, ac salutem omnibus attulerunt, alto ut dici solet silentio contexerimus, non ingentem nostri risum excitemus, in eandemq; in quam, is qui talentum humi abdidit, pœnam incidamus? quocirca initium dicendi faciamus, atq; orationis brevitati studeamus, ne alioqui auribus inimica sit, non secus ac corporibus cibus modum excedens. Joachim & Anna MARIÆ Parentes fuerunt.

℟. IV. In omni opere dedit &c.

Lectio V.

AT Joachim quidem, ut ut pecudum Paſtor, cogitationes ſuas non minùs quàm oves paſcebat, ac pro arbitrio, & libitu ducebat. Etenim cum ſub Domino pecudis inſtar paſceretur, nullis præſtantiſſimis rebus carebat. Præſtantiſſima porrò ea me dicere ne quis arbitretur, quæ plerisq; grata ſunt, & quibus avidiorum hominum animus ſemper inhiat, quæq; nec fixa, ac durabilia ſuapte natura ſunt, nec meliorem Dominũ efficiunt: noſtis enim præſentis vitæ voluptates, quæ vim firmam, ac ſtabilem habere nequeunt, ſed ſtatim effluunt, ac eadem propemodum horâ dilabuntur: tametſi alioqui eorum copia abundaret. Abſit hoc. Non noſtrum eſt hæc mirari, nec pars hæc timentium Dominum.

℟. V. Dedit illi &c.

Lectio VI.

HIc Joachim cogitationes ſuas paſcebat in loco paſcuæ, hoc eſt: in ſacris oraculis degens, atq; in refectionis aqua, hoc eſt: in Divina gratia ſe ſe oblectans: ſic nimirum, ut eas à turpibus & obſcænis rebus avocaret, atq; ad juſtitiæ ſemitas ipſis dux eſſet. At verò Anna, quæ, ſi interpretetis, gratiam ſonat, non minùs morum, quàm matrimonii jugo cum eo copulata erat. Verùm quãvis omni virtutum genere floreret; tamen arcana quadam ratione ſterilitatis morbo tenebatur. Etenim ſterilis verè gratia erat, ut quæ in hominum animis fructum edere minimè poſſet: quando

do quidem omnes declinaverunt, simul inutiles facti erant: non erat intelligens, aut requirens DEUM. ℟. VI. Dilatavit &c.

In III. Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Matthæum.

Lectio VII.

LIber generationis JESU Christi Filii David, Filii Abraham, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrisostomi.

Homil: 12ma in Matthæum post initium.

AUditu quidem mirabile est, quando ineffabilis DEUS, & qui nec sermonibus explicari potest, nec cogitationibus comprehendi, Patriq; per omnia coæqualis, per Virginis ad nos venit uterum, & fieri ex Muliere dignatus est, & habere Progenitores David, & quid dico: David, & Abraham? etiam illas, quod magis stupendum est, fæminas, quas paulo ante memoravi. Hæc igitur audiens mente consurge, nihilq; humile suspiceris, sed potius propter hoc ipsum maximè mirare, quia cum verus, & dilectus Filius sit sempiterni DEI, etiam Filius David esse dignatus est, modo ut te Filium faceret DEI: servum Patrem habere dignatus est, ut tibi servo Patrem faceret, ipsum DEUM. ℟. VII. Benedictioné omniũ &c.

Lectio VIII.

VIdes ab ipso statim principio, quam læta sint hæc nuntia. Quod si ambigis de his, quæ ad tuum spectant honorem, ab iis quæ illius sunt, etiam tua disce credere. Quantum enim consequi

qui poteſt humana ratio, multò eſt difficilius DEUM Hominem fieri, quam Hominem DEI Filium conſecrari. Cum ergo audieris, quia Filius ſit David, & Abrahæ, dubitare jam deſine, quod & tu, qui filius es Adæ, futurus ſis Filius DEI. Non enim ſemetipſum ita humiliaſſet, niſi nos eſſet exaltaturus. Natus eſt enim ſecundum carnem ut tu naſcereris Spiritu, natus eſt ex Muliere, ut tu deſineres filius eſſe mulieris.

℟. VIII. Juſtus &c.

Lectio IX.

PRopterea duplex facta generatio eſt, hæc ſcilicet noſtræ ſimilis, illa noſtram eminenter excedens. Quod enim natus ex Fœmina eſt, & nobis competit: quod verò non ex ſanguine, neq; ex voluntate carnis, aut viri, ſed ex Spiritu S, aliam nobis ſublimiorem, futuramq́, & Spiritu conſequendam generationem promittit. Sed alia quoq; omnia ex ſimili diverſitate conſtant. Nam & Baptiſma profectò tale ſuſcepit, quod haberet quidem aliquid veteris, haberet & novi. Quod enim baptizatus eſt à Propheta, expreſſit vetus, quod autem deſcendit Spiritus, adumbravit novum. Te DEUM laudamus, &c.

OFFICIUM 4tum infr: Oct: S. JOACHIM.

Lectiones I Nocturni de Scriptura occurr.

In II. Nocturno Lectio IV.

Ex Libro Sancti Joannis Damaſc: *De fide Orthodoxa. Lib: 4. Cap: 16.*

JOachim lectiſſimam illam, ac ſummis laudibus di-

dignam Muliere Annam matrimonio sibi copulavit. Verùm quemadmodum prisca illa Anna, cũ steril tatis morbo laboraret, per orationem, ac promissionem Samuelem procreavit, eodẽ modo, hæc etiam per obsecrationem; & promissionem DEI Genitricem à DEO accepit, ut ne hæc quoq; cuiquam ex illustribus Matronis cederet. Itaq; gratia (nam hoc sonat Annæ vocabulum) Dominam parit, (id enim MARIÆ Nomine significatur) verè etenim rerum omnium conditarum Domina facta est, cùm Creatoris Mater extitit.

℟. IV. In omni &c.

Lectio V.

IN lucem autem editur in Domo Probaticæ Joachim, atq; ad Templum adducitur, ac deinde in Domo DEI plantata, atq, per Spiritum saginata, instar olivæ frugiferæ virtutum omnium domicilium efficitur, ut quæ videlicet ab omni hujusce vitæ, & carnis concupiscentia mentem abstraxisset, atq; ita Virginem una cum corpore animam conservasset, ut eam decebat, quæ DEUM sinu suo exceptura erat.

℟. V. Dedit illi &c.

Lectio VI.

Sermo S. Joannis Chris: *De S. Philog: ante mediũ.*

QUænam igitur Oratio par sit Viri laudibus, quem DEUS tam felici sorte dignatus est. Nõ est ulla; sed age, dic mihi, num idcirco silebim9, & cujus rei gratia convenimus? An dicemus nos haud posse magnitudinem gestorum oratione cõsequi? Atqui ob hoc ipsum necesse est dicere, quando

quandoquidem hæc, est præcipua laudum illius pars, quod factis verba æquiparari non possint. Nam quorum benefacta naturam etiam superant mortalem, perspicuum est; quod horum laudes excedunt linguam humanam. Proinde quamvis nostræ facultates exiguæ sint, minimiq; pretii, attamen, quæ possumus, offerimus. Ea licet non respondeant magnitudini meritorum Animæ præclari, justiq; Joachim, tamen hoc ipsum celsitudinis illius maximum fuerit argumentum, quod nec pusilla repellat. ℟. VI. Dilatavit &c.

In III. Nocturno. Lectio VII.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Matthæum.

LIber generationis JESU Christi Filii David, Filii Abraham, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

De Homilia Sancti Joannis Chrisostomi.

Homilia 12. in Matth. paulo post.

CUjus verò rei gratia librum ipsum generationis Christi vocat, ubi non sola utq; generatio, sed tota prorsus ipsius mysterii dispensatio continetur? quia totius scilicet dispensationis caput, radix, atq; principium omnium nobis in hoc consistit bonorum; ut enim Moyses librum Cœli appellavit, ac terræ, cum certè non de Cœlo solùm, terraq; loqueretur, sed de cunctis, quæ inter ipsa consistunt: ita etiam Evangelista ab ipso omnium fonte, & capite bonorum librum vocavit.

℟. VII. Benedictionem omnium &c.

Lectio VIII.

QUa verò de causa non eum ante Filium Abra-

hæ, & postea Filium David nuncupavit? Non sicut opinantur aliqui, ab inferioribus volens ad superiora conscendere. Cæterum fec sset, quod fecit & Lucas, nunc autem è contrario facit. Cur ergo commemoravit priorem David? Quia ipse procul dubio in omnium versabatur ore, ob insigne honoris, & gloriæ, ob ipsius quoq; temporis spatia junctiora. Etsi enim utriq; promiserat DEUS, sed tamen illud quasi antiquum reticebatur, hoc verò quasi novum, & recens ab omnibus celebrabatur. ℟. VIII. Justus &c.

Lectio IX.

IPsi namq; Judæi dicunt: Nonne ex semine David, & Betleem castello, ubi erat David? David, venit Christus? Nemo igitur illum Filium Abrahæ, sed omnes Filium David nominabant, qui etiam honorabiliores quosq; de Sanctitate Reges, qui post David fuisse referuntur, ab illo omnes vocabant. Nec ipsi solum, verùm etiam DEUS; nam & Ezechiel, & alii Prophetæ dicũt, David surrecturum esse eis, atq; venturum, non de illo utiq; mortuo jam loquentes, sed de iis, qui illius virtutem erant imitaturi. Propterea igitur à notiore interim, & celebratiore persona sumit exordium, & tum demum, ad antiquiorem recurrit parentem. Te DEUM laudamus, &c.

OFFICIUM 5tum infr: Oct: S. JOACHIM.

Lectiones I. Nocturni de Scriptura occur.

In II. Nocturno. Lectio IV.

Sermo Sancti Andreæ Cretensis Episcopi.

Ex Libro Actuar: PP. Græcorum edit: P. Combefis: Oodin: Prædic.

JOachim Vir mitis, modeſtus, ac divinis innutritus legibus, cùm ſobriè vixiſſet, DEOq; cōſtans adhæreret, ac ſic perſeveraret, conſenuerat orbus filiis, natura quidem vegeta, cujus tamen vigori non reſponderet donum generis. Sed & Anna DEI amans, ſobria quidem, & continens, ſed ſterilis, viri amans, ſed carens liberis; nec aliud, quam ut legi Domini honorem haberet animo cogitans, ſtimulantibus per dies ſterilitatis aculeis, & ut par eſt affici, quibus non ſunt proles, moleſtè ferebat, triſtabatur, dolebat, non ferens filiorum orbitatem. Cùm ſic autem Joachim, uxorq; triſtarentur, quod filius deeſſet, qui Familiæ deeſſet: nondum tamen ſcintillam ſpei extinxerant, utriq; verò, ut ad ſuſcitandum ſemen filius præberetur, orabant. Ambo itaq; Annam illam imitati, factam voti compotem, & exauditā, aſſidui in Templo erant, DEUMq; votis ſupplicibus, ut orbitatem ſolveret, fructumq; ſterilitati concederet, provocabant. Nec prius contentionem remiſerunt, quàm ſint facti compotes voti. Et verè evaſerunt voti compotes. Nō enim ſpei neglexit donum, ipſius doni Auctor. Sic namq; quæritantibus, ac DEO ſupplicantibus; ocyùs adfuit non tarda virtus, illiq; ad fructus editionem, huic ad prolem ſuſcipiendam vires addit, ac jam ex infæcundis, arentibusq; ceù irriguis arboribus, generoſus nobis fructus Virgo immaculatiſſima germinavit. ℟. IV. In omni opere dedit &c.

Lectio

Lectio V.

ET quidem ita. Nos autem DEI populus. plebs Sancta, ſacer Conventus tripudio celebremus Paterna, vim myſterii celebremus. Quisq; pro conceſſa gratia, congruum ſolemnitati munus conferat, Patres generis felicitatem, Matres liberorum fæcundam probitatem, ſteriles peccati infæcunditatem: Virgines, duplicem incorruptioně, animæ, inquam, & corporis: Conjugatæ moderationem laudabilem; ſi quis in vobis Pater, Virginis Patrem imitandum proponat. Quanquam prole careat, vitæ DEI amantis fructum, orationem, fætum, ſemenq; vindemiet. Si quæ Mater lactans, Annæ poſt ſterilitatem lactanti pro voto puellam congaudeat. Si quæ ſterilis, & infœcunda fructum benedictionis non habet, conceſſum divinitus Annæ germen conveniat, & ſterilitatem deponat. Si quæ Virgo caſta, efficiatur Verbi Mater: Verbo, animæ ſtatui mundum conferens. Si quæ ſub jugo, rationale ſacrificium offerat, de iis, quæ precibus comparata ſunt.

℞. V. Dedit illi &c.

Lectio VI.

Sermo S. Bernardi Abb: *Sermone 12. de S. Victore.*

GAudete in Domino, dilectiſſimi, qui inter cõtinua ſuæ pietatis beneficia indulſit hominem mundo, cujus multi ſalvarentur exemplo. Iterũ dico gaudete, quod factus de medio appropriavit DEO, ut multò plures ejus interceſſione ſalventur. In terris viſus eſt, ut eſſet exemplo: in Cœlum levatus eſt, ut ſit patrocinio. Hic infor-

mat

mat ad vitam, illic invitat ad gloriam. Factus est mediator ad regnum, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui sibi jam postulans nihil, totum in nos transferre desiderat, & supplicantis affectum, & supplicationis fructum.

℟. VI. Dilatavit &c.

In III. Nocturno. Lectio VI.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Matthæum.

LIber generationis JESU Christi Filii David, Filii Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrisost. *Homil. 12. in Matth.*

DUo sunt, quæ pariunt quæstionem. Unum, quæ causa sit, ut in generationũ catalogo virgo fileatur? Alterum verò, à qua ratione Joseph memoretur, cui certè nihil cum Christi generatione est commune? Videtur enim, & unum abundare, & alterum deesse. Quid ergo dicemus? quod utiq; primum illud necesse fuit memorari, quemadmodum ex David Virgo descenderit? unde hoc itaq; discemus? audi ad Gabriel loquentem Dominum. Vade ad Virginem desponsatam Viro, cui nomen Joseph, ex Domo, & Familia David. Quid vis audire manifestius, cùm ex Domo, & Familia David, illam Virginem esse cognoscas. ℟. VII. Benedictionem omniũ &c.

Lectio VIII.

NOn erat mos apud Hæbræos generationum catalogum per fæminas texere. Ut ergo & morem custodiret, nevè in ipso statim principio videretur antiqua destruere, & nobis Virginem

certiùs

certiùs indicaret, Parentes ejus reticens, atq; Majores, de Joseph generatione non tacuit. Sive enim hæc fecisset in Virgine, novitatis non effugisset invidiam. Sive Joseph reticuisset, non agnosceremus ex qua Tribu Virgo subsisteret. Ut ergò & nos discerneremus, quæ esset MARIA vel unde, & consuetudo Legis permaneret immobilis, generationum catalogum usq; ad Sponsū ejus perduxit, ac de Domo illum David esse monstravit. ℟. VIII. Justus &c.

Si fuerit Dominica, 9. Lect: & comm: Dom.

Lectio IX.

HOc enim declaratô, illud quoq; pariter ostendit, quod scilicet inde esset & Virgo: quia utiq; nequaquam justus iste pateretur Uxorem sibi aliunde, quàm lex præcipiebat, eligere. Possumus verè aliam quoq; & altiorem quidem proferre rationem, ob quam Parentes Virginis prætermissi sunt. Sed quæ ea est? noluit Evangelista recenti adhuc tempore novi illius admirandiq; partûs Judæis esse manifestum, quod Christus natus fuisset ex Virgine. Neq; proprius noster hic sermo est, sed à nobis de Patrum, atq; insignium Virorum traditione susceptus.

Te DEUM laudamus, &c.

DIE XXI. AUGUSTI.

In Festo S. JOANNÆ FRANCISCÆ FREMIOT A CHANTAL. Ordinis Sanctimonialium Visitationis Sanctæ MARIÆ Fundatricis.

Omnia de Communi nec Virginis nec Martyris, præter Orationem & Lectiones 2di Nocturni.

O R A T I O.

OMnipotens, & misericors DEUS, qui Beatam Joannam Franciscam tuo amore succensam admirabili spiritûs fortitudine per omnes vitæ semitas in via perfectionis donasti, quiq; per illam illustrare Ecclesiam tuam nova prole voluisti: ejus meritis, & precibus concede; ut qui infirmitatis nostræ conscii de tua virtute confidimus, Cœlestis gratiæ auxilio, cuncta nobis adversantia vincamus. Per Dominum: &c.

In II. Nocturno. Lectio IV.

JOanna Francisca Fremiot à Chantal, Divione in Burgundia clarissimis orta natalibus, ab ineunte ætate, eximiæ sanctitatis non obscuras edidit significationes. Eam enim vix quinquennem nobilem quendam Calvinistam, solida supra ætatem, argumentatione perstrinxisse fuerunt, collatumq; ab eo munusculum, flammis illico tradidisse in hæc verba: En quomodo hæretici apud inferos comburentur, qui loquenti Christo fidem detrectant, Matre orbata, Deiparæ Virginis tutelæ se commendavit; & famulam, quæ ad mundi amorem eam alliciebat, ab se rejecit. Nihil puerile in moribus exprimens, à sæculi deliciis abhorrens, martyriumq; anhelans religioni, ac pietati impense studebat. Baroni de Chantal, nuptui, à Patre tradita, virtutibus omnibus excolẽdis operam dedit, liberos, famulos, aliosq; sibi subjectos, in fidei doctrina, bonisq; moribus imbuere satagens. Profusa liberalitate, pauperũ inopiam sublevabat, annona divinitus non raro multipli-

tiplicatâ: quo factum eſt, ut nemini ſe unquam Chriſti nomine roganti ſtipem, abnegaturam ſpoponderit.

Lectio V.

VIro in venatione interempto, perfectioris vitæ conſilium iniens, continentiæ voto ſe obſtrinxit, Viri necem, non ſolum æquo animo tulit, ſed in publicum indultæ veniæ teſtimonium, occiſoris filium è ſacro Fonte ſuſcipere, ſui victrix elegit. Modica familia, tenui victu, atq; veſtitu contenta, pretioſas veſtes in pios uſus convertit. Quicquid à domeſticis curis ſupererat temporis, precibus, piis lectionibus, laboriquè impendebat. Nunquam adduci potuit, ut alteras nuptias, quamvis utiles, & honorificas iniret. Ne autem à propoſito caſtimoniæ obſervandæ in poſterum dimoveretur, illius voto innovato, Sanctiſſimum JESU Nomen, candenti ferro, pectori inſculpſit. Ardentius in dies charitate ferveſcens, pauperes, derelictos, ægros, teterrimisq; morbis infectos ad ſe adducendos curabat; eosq; nō hoſpitio tantum excipiebat, ſolabatur, fovebat, verum etiam ſordidas eorumdem veſtes depurgabat, laceratas reficiebat, & manantibus fætido pute ulceribus labia admovere non exhorrebat.

Lectio VI.

A Sancto Franciſco Saleſio, quo, ſpiritûs moderatore uſa fuit, divinam voluntatem edocta, proprium Parentem, Socerum, Filium deniq; ipſū, quem etiam, vocationi obſiſtentem, ſua è domo eggrediens, pedibus calcare nō dubitavit, invicta conſtan-

constantia deseruit, & sacri Instituti visitationis S. MARIÆ, fundamenta jecit. Ejus instituti leges integerrimè custodivit, & adeo paupertatis fuit amans, ut vel necessaria sibi deesse gauderet. Christianæ verò animi demissionis, & obedientiæ, virtutum deniq; omnium, perfectissimum exemplar se præbuit. Altiores in corde suo ascensiones disponens, arduissimo, efficiendi semper id, quod perfectius esse intelligeret, voto se obstrinxit. Deniq; sacro Visitationis Instituto, ejus potissimum opera longe, lateq; diffuso; verbo, exemplo, & scriptis etiam divina sapientia refertis, ad pietatem, & charitatem Sororibus excitatis, meritis inferta, & Sacramentis rite susceptis, Molinis, anno millesimo sexcentesimo quadragesimo primo, die decima tertia Xbris migravit ad Dominum, ejusq; Animam, occurrente S. Francisco Salesio, in Cœlos deferri, S. Vincentius à Paulo, procul distans aspexit. Ejus Corpus postea Annecium translatum fuit; Eamq; miraculis ante & post obitum claram Benedictus XIV. Beatorū, Clemens verò XIII. P. M. albo Sanctorū adjecit.

DIE XXX. AUGUSTI.

S. ROSÆ LIMANÆ Virginis, dpx.

Omnia ut in Communi Virgin: præter sequentes Orationem, & Lectiones.

O R A T I O.

BOnorum omnium Largitor Omnipotens DEUS, qui B. Rosam Cœlestis gratiæ rore præventam, virginitatis & patientiæ decore Indis florescere

volui-

voluisti, da nobis famulis tuis; ut in odorem suavitatis ejus currentes, Christi bonus odor effici mereamur. Per eundem Dominum &c.

Lectiones I. Nocturni de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno. Lectio IV.

PRimus Americæ Meridionalis Flos Sanctitatis, Virgo Rosa, Christianis Parentibus Limæ progenita, mox ab incunabulis claruit futuræ sanctimoniæ indiciis: nam vultus infantis mirabiliter in Rosæ effigiem transfiguratus, huic nomini occasionem dedit, cui postea Virgo Deipara cognomen adjecit, jubens vocari deinceps Rosam à Sancta MARIA. Quinquennis votum perpetuæ Virginitatis emisit. Adultior, ne à Parentibus ad nuptias cogeretur, clam sibimet venustissimam capitis cæsariem præscidit. Jejuniis supra humanum modum addicta, integras Quadragesimas transegit pane abstinens, ac dietim solis quinque granulis mali citrini victitans.

℟. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regnà. Et deducet.

Bened: Christus perpetuæ.

Lectio V.

HAbitu Tertii Ordinis S. Dominici assunmpto, pristinas vitæ austeritates duplicavit, oblongo, asperrimoq; cilicio sparsim minusculas acus innexuit, sub velo coronam densis, aculeis introrsus obarmatam, interdiu, noctuq; gestavit. Sanctæ Catharinæ Senensis ardua premens vestigia: catenâ fer-

nâ fer-

nâ ferreâ, triplici nexu circumductâ, lumbos cinxit. Lectulum ſibi è truncis nodoſis compoſuit, horumq; vacuas commiſſuras fragminibus teſtarũ implevit. Cellulam ſibi anguſtiſſimam ſtruxit in extremo horti angulo, ubi Cœleſtium contemplationi dedita, crebris diſciplinis, inediâ, vigiliis corpuſculum extenuans, at ſpiritu vegetà, larvas dæmonum frequenti certamine victrix, impavidè protrivit ac ſuperavit.

℟. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem. * Propterea unxit te DEUS, DEUS tuus, oleô lætitiæ.

℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & juſtiam. Propterea.

Lectio VI.

ÆGritudinum tormentis, domeſticorum inſultibus, linguarum morſibus dirè agitata, nondũ ſatis pro merito ſe affligi querebatur. Per quindecim annos ad pluſculas horas deſolatione ſpiritûs, & ariditate miſerrimè contabeſcens, forti animo tulit agones omni morte amariores. Exinde cœpit ſupernis abundare deliciis, illuſtrari viſionibus, colliqueſcere Seraphicis ardoribus, Angelo Tutelari, S. Catharinæ Senenſi, Virginini Deiparæ inter aſſiduas apparitiones mirè familiaris, à Chriſto has voces audire meruit: Roſa cordis mei tu mihi Sponſa eſto. Deniq; Sponſi hujus Paradiſo feliciter invectam, plurimiſq, ante & poſt obitũ miraculis coruſcam, Clemens X. Pontifex Maximus Sanctarum Virginum catalogo ritu ſolemni adſcripſit.

℟. Afferentur Regi Virgines poſt eam, proximæ

mæ ejus: * Afferétur tibi in lætitia & exultatione.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna. Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.

In III. Nocturno.

Evang: Simile erit Regnum Cœlorum decem Virginibus, &c.

Homilia Sancti Gregorii Papæ. &c.

Missa de Comm. Virg: Dilexi justitiam &c.

S E P T E M B E R.

DIE IV. SEPTEMBRIS.

Sanctæ ROSALIÆ Virginis, Duplex.

Omnia ut in Comm: Virg: præter ea, quæ sequuntur.

O R A T I O.

EXaudi nos DEUS Salutaris noster, ut sicut de B. Rosaliæ Virginis tuæ festivitate gaudemus; ita piæ devotionis erudiamur effectu: & ejus intercessione ab iracundiæ tuæ flagellis misericordiser liberemur. Per Dominum &c.

Lectiones I. Nocturni de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno. Lectio IV.

ROsalia Virgo orta Panormi ex Nobili Genere, suam originem trahens, à Carolo Magno, in Quisquinæ montem quadraginta circiter mille passibus distantem, sola recedens, Paternæ domûs opes, delicias ac spem majoris amplitudinis, ob propinquitatem & benevolentiam Regum Siciliæ contemnens cum tetricæ turpis horrore, & asperitate commutavit: inq; antrum, cui tunc unicus, & quidem angustus aditus è superiori loco

patebat intrepidè descendit, ea mente quam characteribus saxo insculptis adhuc patentibus expressit: Ego Rosalia Sinibaldi Quisquinæ, & Rosarum Domini Filia, amore Domini mei JESU Christi in hoc antro habitare decrevi. Quâ inscriptione oculis obversante, susceptæ vitæ propositum altius cordi infigere, ac divinæ benevolentiæ signa ad castissimæ mentis blandimenta vicissim provocare consuevit.

℟. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Et deducet. *Bened:* Christus perpetuæ.

Lectio V.

IN hac specu subterrena sibi & mundo emortua consepultaq; JESU Christo, ut soli DEO viveret, diu noctuq; latuit: cavens præcipuè in montibus paterni Principatus, ne fortè agnita domum urbemq; Patriam abduceretur invita. Callidas dæmonum insidias, quæ asperæ vitæ tædium & solitudinis horrorem animo ingerebant, acriter sæviendo in se, ferreâ catenâ, vigiliis & humi cubatione forti animo superasse, antiquæ icones significant. Cum humanis destituta præsidiis nihil solatii aliunde hauriret quam è Cœlo; Dominus, qui consolatur, & coronat Sanctos suos, Angelicis deliciis illam sæpius recreabat.

℟. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, * Propterea unxit te DEUS, DEUS tuꝰ oleô lætitiæ.

℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea. *Bened:* Ignem sui amoris.

Lectio VI.

Cœlesti deinde consilio ex antro Quisquinensi in horridiorem speluncam peregrini montis tribus ferè mille passibus procul Panormo Rosalia se transtulit, ut quò difficiliorem pugnam secum ipsa committeret, è conspectu domûs Paternæ, eò laudabilius de contemptis mundi illecebris triũpharet. Latebat ibi ad partem lævam angulus concavus, quem eadem post repertas ejus Reliquias, illuc venanti, cui videndam præbuit, dixit esse suam cellam peregrinam, ubi multùm ætatis exegisset. Hic tanquam columba in foraminibus petræ gemens, in Cœlestium rerum contemplatione defixa, ad perfectissimam divini amoris normã in solitudine vitam traduxit, sanctissimè perennibus charitatis Rosis, & Virginitatis liliis coronata deposuit pridie nonas Septembris. cujus Corpus Urbano VIII. Pontifice Maximo, divinitus Annô Jubilei, totius Siciliæ plausu repertum, illam à peste liberavit.

℟. Afferentur Regi Virgines post eam, proximæ ejus, * Afferētur tibi in lætitia & exultatione.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.

In III. Nocturno Homilia in Evang: Simile erit Regnum Cœlorum decem Virginibus. &c. *ut in Communi Virgin.*

DIE XIII. SEPTEMBRIS.

In Festo S. JOSEPHI à Cupert: C. Ord. Minorũ S. Francisci Conventualium. Dpx. min.

Omnia de Comm: Conf: non Pont præter ea, quæ sequunt.

IN PRIMIS VESPERIS.

Ad Magnificat Antiphona.

Mortuus sum, & vita mea est abscondita cum Christo in DEO.

ORATIO.

DEUS, qui ad Unigenitum Filium tuum exaltatum à terra, omnia trahere disposuisti: perfice propitius, ut meritis, & exemplo Seraphici Confessoris tui Josephi supra terrenas omnes cupiditates elevati, ad eum pervenire mereamur. Qui tecum vivit, & regnat &c.

In I. Nocturno Lectio I.

De Epistola 2da B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Cap: 4. v. 6. ad 12.

DEUS, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis DEI in facie Christi JESU. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis DEI, & nõ ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur, dejicimur, sed nõ perimus: semper mortificationem JESU in corpore nostro circumferẽtes, ut vita JESU manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter JESUM: ut & vita JESU manifestetur in carne nostra mortali. Tu auté &c.

℟. Euge serve bone &c.

Lectio II. Cap: 5. v. 1. ad 6.

SCimus enim, quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex DEO habemus, domum non manufactam, æternam in Cœlis. Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram, quæ de Cœlo eſt, ſuperindui cupientes: ſi tamen veſtiti, non nudi inveniamur. Nam, & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus gravati eo quod nolumꝰ expoliari, ſed ſuperveſtiri; ut abſorbeatur quod mortale eſt, à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipſum, DEUS, qui dedit nobis pignus ſpiritus. Audentes igitur ſemper, ſcientes, quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino: (Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem.) Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum. Tu autem &c.

℟. Juſtus germinabit &c.

Lectio III. Cap: 12. v. 1. ad 10.

SI gloriari oportet (non expedit quidem) veniã autem ad viſiones, & revelationes Domini. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim (ſivè in corpore, ſivè extra corpus, neſcio, DEUS ſcit,) raptum hujuſmodi usq; ad tertium Cœlum. Et ſcio hujuſmodi Hominem, (ſivè in corpore, ſivè extra corpus, neſcio, DEUS ſcit,) quoniam raptus eſt in Paradiſum; & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro hujuſmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus meis. Nam, & ſi voluero gloriari, non ero inſipiens: veritatem autem di-

cam.

eam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet à me: & dixit mihi: sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatib9 meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Tu autem &c. ℟. Iste cognovit justitiam, &c.

In II. Nocturno Lectio IV.

JOsephus à Cupertino, Oppido in Salentinis Diæcesis Neritonensis, anno reparatæ salutis millesimo sexcentesimo tertio, piis ibidem Parentibus ortus, DEIq; amore præventus, pueritiam, atq; adolescentiam summa cum simplicitate, morumq; innocentia transegit. A diuturno, molestoq; morbo patientissimè tolerato Deiparæ Virginis ope liberatus, se totum pietatis operibus, ac excolendis virtutibus dedit: utq, DEO ad majora vocanti se intimiùs conjungeret, Ordini Seraphico nomen dare constituit. Post varios eventus voti tandem compos factus, apud Minores Conventuales in Cœnobio Cryptulæ, inter Laicos primum ob literarum imperitiam, deinde inter Clericos Divina dispositione connumeratus est. Sacerdotio post solemnia vota initiatus, perfectiùs sibi vitæ institutum proposuit. Quamobrẽ mundanis quibuscumq; affectibus, terrenisq; rebus penè ad vitam necessariis illicò à se abdicatis, siliciis, flagellis, catenis, omni demùm asperita-

tum, ac pœnarum genere corpus afflixit, spiritū verò sanctæ orationis, altissimæq; contemplationis assiduitate dulciter enutrivit. Hinc factum est, ut Charitas DEI, quæ jam erat in ejus corde à prima ætate diffusa, miro, planèq; singulari modo in dies corruscaverit. Tu autem &c.

℟. Honestum fecit &c.

Lectio V.

ELuxit præcipue ardentissima ejus charitas in ecstasibus ad DEUM suavissimis, stupendisq; raptibus, quibus frequenter afficiebatur. Mirum autem, quod alienato à sensibus animo statim ab ecstasi eum revocabat sola obedientia. Hanc quippe virtutem eximio studio prosequebatur, dicere solitus, se ab ea veluti cæcum circumduci, & mori potiùs velle, quam non obedire. Paupertatem verò Seraphici Patriarchæ ita æmulatus est, ut morti proximus, Prælato suo asserere verè potuerit, se nihil habere, quod more Religiosorum resignaret. Itaq; mundo, sibiq; mortuus, vitam JESU manifestabat in carne sua, quæ dum in aliquibus ex turpitudine obscœnum flagitium sentiebat, prodigiosum de se efflabat odorem, indicium nitidissimæ illius puritatis, quam, immundo Spiritu vehementissimis tentationibus frustra obnubilare diu conante, servavit illæsam, tùm arcta sensuum custodia, tùm jugi corporis maceratione, tùm deniq; speciali protectione Purissimæ Virginis MARIÆ, quam Matrem suam appellare consuevit, ac veluti Matrem dulcissimam intimo cordis affectu venerabatur, eamq; ab aliis venerari

exopta-

exoptabat, ut eum ejusdem patrocinio, sicut ipse ajebat, omnia bona consequerentur. Tu autem &c. ℟. Amavit eum &c.

Lectio VI.

HÆc Beati Josephi solicitudo à sua erga Proximos charitate prodibat; tanto enim animarũ zelo exardebat, ut omnium salutem modis omnibus instantissime procuraret. Extendens pariter charitatem suam in Proximum sive pauperem, sive infirmum, sive quacumq; alia tribulatione vexatum, quantum in ipso erat, illum recreabat. Nec alieni erant ab ejus charitate, qui objurgationibus, probris, omnisq; generis injuriis ipsum appeterent; nam eâdem patientia, mansuetudine, vultusq; hilaritate talia excipiebat, qua tot inter, ac tantas vicissitudines resplenduit, dum vel Moderatorum Ordinis, vel Sacræ Inquisitionis jussu hàc illac errare, versariq; coactus est. Quamquã verò populi non solum, sed Viri Principes eximiam ejus sanctitatem, & superna charismata admirarentur; eâ nihilominus erat humilitate, ut magnum se peccatorem reputans, DEUM enixè deprecaretur, ut sua ab eo illustria dona removeret; homines verò exoraret, ut in eum locum mortuum ejus Corpus injicerent, ubi memoria sui esset prorsus obliterata. At DEUS, qui ponit humiles in sublime, quiq; Servum suum, dum viveret, Cœlesti sapientia, prophetia, cordium perscrutatione, curationũ gratia, cæterisq; donis cumulatissimè exornaverat, ejus quoq; mortem iis, quibus ipse antea prædixerat, loco, ac tempore,

pore, anno ætatis suæ sexagesimo primo, Auximi in Piceno pretiosam reddidit, sepulchrumquè gloriosum. Illum deniq; etiam post obitum miraculis coruscantem Benedictus XIV. Beatorum, Clemens XIII. Sanctorum fastis adscripsit; ejus autem Officium, & Missam Clemens XIV ejusdē Ordinis ad universam Ecclesiam extendit. Tu autem &c. ℟. Iste Homo perfecit &c.

In III. Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Matthæum.

Lectio VII. Cap: 22.

IN illo tempore: Loquebatur JESUS Principibꝰ Sacerdotum, & Pharisæis in parabolis dicens: Simile factum est Regnum Cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papæ. *Lib: 2. Homiliar. Homil: 38. circa medium.*

QUia jam, largiente Domino, nuptiarum domū, idest Sanctā Ecclesiam, intrâstis, solerter, Fratres, aspicite, ne aliquid de mentis vestræ habitu Rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cordis timore pensandum est, quod protinus subditur: Intravit autem Rex, ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Quid, Fratres charissimi, exprimi per nuptialem vestem putamus? Si enim vestem nuptialem baptisma, vel fidem dicimus quis sine baptismate, & fide has nuptias intravit? Eo enim ipso foris est, qui necdum credidit. Quid ergo debemus intelligere nuptialem vestem, nisi charitatem? Intrat enim ad nuptias, sed cum nuptiali ve-

li veste non inrat, qui in S. Ecclesia assistens fidē habet, sed charitatem non habet. Rectè enim charitas nuptialis vestis vocatur, quia hanc in se Conditor noster habuit, dum ad sociandæ sibi Ecclesiœ nuptias venit. Tu autem &c.

℟. Iste est, qui ante &c.

Lectio VIII.

SOla quippe dilectione DEI actum est, ut ejus Unigenitus mentes sibi electorum hominum uniret. Unde & Joannes dicit: Sic enim dilexit DEUS mundum, ut Filium suum Unigenitum daret pro nobis. Qui ergo per charitatem venit ad homines, eandem charitatem innotuit vestem esse nuptialem. Omnis ergo vestrum, qui in Ecclesia positus DEO credidit, jam ad nuptias intravit: sed cum nuptiali veste non venit, si charitatis gratiam non custodit. Et certè Fratres, si quis ad carnales nuptias esset invitatus, vestem mutaret, congaudere se Sponso, & Sponsæ ex ipso sui habitûs decore ostenderet, inter gaudentes, & festa celebrantes despectis vestibus apparere erubesceret. Nos ad DEI nuptias venimus, & cordis vestem mutare dissimulamus? Congaudent Angeli, cùm ad Cœlum assumuntur electi. Qua ergo mente hæc spiritualia Festa conspicimus, qui nuptialem vestem, id est charitatē, quæ sola nos speciosos exhibet, non habemus? Tu autem &c.

℟. Sint lumbi vestri &c.

Lectio IX.

SCiendum verò est, quia sicut in duobus lignis, superiore videlicet, & inferiore vestis texitur: ita

ita in duobus præceptis charitas habetur, in dilectione scilicet DEI, & Proximi. Scriptum quippe est: Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & proximum tuum sicut te ipsum. Qua in re notandum est, quia in dilectione Proximi mésura amoris ponitur, cum dicitur: Diliges Proximum tuum sicut te ipsum. DEI autem dilectio nulla mensura constringitur, cum dicitur: Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, ex tota virtute tua. Non enim jubetur quisque quantum diligat, sed ex quanto, cum dicitur: ex toto; quia ille veraciter DEUM diligit, qui sibi de se nihil relinquit. Duo ego necesse est ut charitatis præcepta custodiat, quisquis habere in nuptiis vestem nuptialem curat. Tu auté &c.

Ad Benedictus Antiphona.

Ostendit mihi (Dominus) fluvium aquæ vivæ, splendidum tamquam crystallum procedentem de sede DEI, & Agni.

IN II. VESPERIS.

Ad Magnificat Antiphona.

Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam JESU Christi Domini mei.

DOMINICA proxima post Fest: S. Matthæi Ap. In Festo Beati LADISLAI de Gielniow Ordinis Minor: de Observantia dpx. 1. Cl: cũ Oct. Pro universo Clero tam Sæculari quàm Regulari, Regni Poloniæ, & M. D. Lit. ex Decreto Ss. D. N. Benedicti Papæ XIV. die 14. Jul: 1753.

Omnia de Comm: Conf. non Pont. præter ea, quæ sequ.

O R A T I O.

DEUS, qui Beatum Ladislaum Religiosa perfectione voluisti omnibus prælucere, concede propitius, ut ejus exemplis in virtutibus jugiter proficiamus. Per Dominum &c.

In I. Nocturno, Lectiones: Beatus Vir *cum reliquis de eodem Comm.*

In II. Nocturno Lectio IV.

LAdislaus in Oppido Gelniovii Diœcesis Gnesnensis in Polonia natus, mirâ vitæ innocentiâ pueritiam transegit. Adhuc Adolescens in Ordine Fratrum Minorum Observantium Sancti Francisci, quorum antiquam disciplinam Sanctus Joannes à Capistrano non diu ante in Polonia propagaverat, solemnia vota nuncupavit. In arrepta Regiosæ perfectionis via, ita profecit, ut absolutæ Sanctitatis exemplar videretur. Assiduis jejuniis, & Vigiliis corpus subegit; Orationis & contemplationis gratiâ, charitate, humilitate, aliisq; Religiosi Hominis virtutibûs maximè enituit, ac regularem imprimis observantiam ardenti zelo promovit.

Lectio V.

CUm, cæteris, sanctitate, zelo, ac doctrina præluceret, ad regimen sui Ordinis assumptus est, sæpe Custodis Conventûs Varsaviensis, Vicarii Provinciæ Poloniæ munus summa cum laude obivit. Divini Verbi prædicationi operam navavit egregiam. Præ aliis autem virtutibus Obedientiam ac propriæ voluntatis abdicationem maximè

ximè coluit; cùm enim ei Cænobii optio daretur, & socii, qui famularetur; è superiorum nutibus pendere se velle professus est. Singulari pietate, ac devotione erga Christi Domini Passionem afficiebatur, quæ tam altè ipsius menti hærebat, ut illius memoriam suis in concionibus nunquam omitteret.

Lectio VI.

SAcro Parasceves die cùm de Dominica Passione ad populum concionem haberet, eiq; Christi dolores & cruciatûs præ oculis poneret, sacratissimum JESUS Nomen ingeminans in extasim raptus est, & super ambonem universo spectante populo elevatus. Mox languore correptus, plenus meritis, ac omnibus Ecclesiæ Sacramentis ritè, sanctèq; refectus migravit ad Dominum quarto nonas Maji, Anno millesimo quingentesimo quinto, & in Ecclesia sui Ordinis Varsaviæ sepulutus est. Ejus merita & sanctitatem statim post mortem miraculis DEUS comprobavit; præsentemq; in suis calamitatibus opem agnoscentes Poloni & Lithvani inter suos primarios Patronos B. Ladislaum adlegerunt. Ipsius cultum Summus Pontifex Benedictus XIV. ratum habuit, & Apostolica Auctoritate amplificavit.

In III. Nocturno, Homilia in Evang. Nolite timere. *S. Petri Chrysologi, ut in Festo S. Joannis de Dukla Conf.* Hodie Dominus Evangeliei gregis pusilla, &c. *pag:* 307.

OCTO-

O C T O B E R.

DIE XI. OCTOBRIS.

B. VINCENTII KADŁUBEK Episc: & Conf.

In Diœcesi Cracoviensi duplex Maj.

Omnia de Comm: Conf. Pont. præter ea, quæ sequuntur.

O R A T I O.

DEUS, qui B. Vincentium Confessorem tuum, atq; Pontificem spretis Sæculi pompis humilitatis gloria decorasti; præsta quæsumus: ut tantæ Virtutis proficientes exemplo, ejus meritis Cœlestis gloriæ consortes efficiamur. Per Dominum &c.

In II. Nocturno Lectio IV.

VIncentius Kadłubkonius Polonus, natus est, ut antiqua acta ferunt, in Villa Karwow Diœcesis Cracoviensis, Palatinatus Sandomiriensis, ex vetustissima Rosarum Familia. Patre Bogumilo, Matre Benigna, Sangvinis claritate & pietate illustribus; à quibus in Fide Catholica, & in timore Domini sanctè educatus, plura edidit in ipsis teneris annis sanctitatis specimina, innocentia morum, jugi orandi studio, humilitate, modestia, ac prompta erga suos Parentes obedientia. Adolescens factus, Philosophicis, ac Theologicis studiis imbutus, cum litterarum studio singularem pietatem semper copulans, otium & pravorum consortia abhorrens, Orationi addictus, Sacramenta frequentans, aliosq; Christianæ pietatis actus forti animo exercens. Tanta Sanctimonia vitæ captus Fulco Episcopus Cracoviensis Vincentium inter suos cooptavit, ejusq; opera usus est in regimine

gimine suæ Diœcesis, cum præter eximiam vitæ integritatem acri etiam polleret ingenio, singularíq; prudentia. Sacerdotio initiatus, evectus fuit ab eodem Episcopo ad Præposituram Insignis Collegiatæ Sandomiriensis, in qua dignitate omnes sui muneris partes adeo sanctè adimplevit, ut exemplar factus modestiæ, Castimoniæ, aliarumq; virtutum promeruerit designari à Lesco Albo Poloniæ Rege in Oratorem, ut propriam Familiam B. Salomeam in Sponsam deduceret ad Regem Haliciæ. Defuncto interea eodem Fulcone Episcopo Cracoviensi assumptus ille fuit ad eandem Sedem, ejusdem electionem confirmante Innocentio III. Pontifice Maximo.

Lectio V.

IN Episcopatu exemplum se præbuit bonorum operum, & commissum sibi gregem pascens monitis, consiliis, scientia, verbo, & exemplo, ita insectatus est pravos Populorum mores, ut collapsam pietatem in pristinum restituerit. Catholicæ Fidei insignis Propagator, & Ecclesiasticæ jurisdictionis vindex acerrimus. Eximia inclaruit prudentia, charitate, mansuetudine, & misericordia, in pauperes. Zelus Domus DEI ita illum comederat, ut reparationi, & opportunis Ecclesiarum proventibus impensè consulens, nedum ex Mensæ Episcopalis redditibus, sed & de hæreditario Patrimonio illas dotaverit. Eximium verò ejus Religionis argumentum fuit, dum insignè erogavit peculium, ut in Templo Cathedrali Cracovi-

ensi,

ensi lampas coram Altaris Sacramento perpetuò asservaretur.

Lectio VI.

DEcurrente verò decimo ejus Episcopatûs Annô Evangelicæ perfectionis cupidus in Religiosa castra secedere decrevit, ut Cœlestium rerum cō-templationi, & rigidiori vitæ instituto vacare posset. Hinc forti animo precibus, & lacrymis devicta Capituli, & Populi Crac: contradictione prævio beneplacito, Pontificis Honorii III. omnia sua dispersit, ac dedit pauperibus: Et insigniis Episcopalibus depositis coram Collegio Canonicorum Cracoviensium, nudis pedibus proficiscens, per decem leucas se contulit ad Cænobium Andreoviense, in quo Monasticam vitam Ordinis Cisterciensis Professus est: ibiq; Regulari observantia, jejuniis, & Cœlestium rerum contemplatione quinque jugiter annis, omnibus præluxit, pluribus etiam supernaturalibus donis à DEO locupletatus. Plenus tandem dierum, & operum pretiosam in conspectu Domini mortem obivit die octava Martii, Annô millesimo ducentesimo vigesimo tertio. Fama Sanctitatis, & Miraculorū clarus. Ecclesiasticum ejus cultum ritè probatum, confirmavit Clemens XIII. Pontifex Maximus, qui & has Lectiones proprias ejus in honorem recitandas concessit.

In III. Nocturno.

Lect: in Evang: Homo peregrè. *Missa* Statuit.

DOMINICA IV. OCTOBRIS.

S. JOANNIS Cant: P. R. P. dx. 1. cl. cũ Oct.
Omnia de Cõm: Conf. non Pont. præter ea, quæ sequunt.
Hymnus in imis Vesperis.

GEntis Polonæ gloria,
Cleriquè splendor nobilis,
Decus Licæi & Patriæ,
Pater JOANNES inclite:
Legem superni Numinis,
Doces Magister, & facis,
Nil scire prodest, sedulò
Legem nitamur exequi.
Apostolorum Lumina,
Pedes viator visitas,
Ad Patriam quam tendimus,
Gressus viamquè dirige.
Urbem petis Jerusalem,
Signata Sacro Sangvine
Christi colis vestigia,
Rigasquè fusis fletibus.
Acerba Christi vulnera,
Hærete nostris cordibus,
Ut cogitemus consequi,
Redemptionis pretium.
Te prona mundi Machina,
Clemens adoret Trinitas,
Et nos novi per gratiam,
Novum canamus Canticum. Amen.

ORATIO.

DA quæsumus Omnipotens & Misericors DE-
US,

US, ut Beati Joannis Confeſſoris tui exemplo, miſericordiam aliis exhibentes, meritis ejus apud te miſericordiam conſequamur. Per Dominum noſtrum &c.

Hymnus ad Matutinum.

COrpus domans jejuniis
Cædis cruento verbere;
Ut Caſtra pœnitentium
Miles ſequaris innocens.

Sequamur & nos ſedulo,
Greſſus Parentis optimi,
Sequamur, ut licentiam
Carnis, refrenet Spiritus.

Rigente brumâ, providum
Præbes amictum Pauperi,
Sitim famemquè egentium
Eſca, potuquè ſublevas.

Amor petentis populi
Gelu reſolvat pectorum,
Plorant egeni! provocent
Stipem gementûm lachrimæ.

O! qui negaſti nemini
Opem roganti! Patriam,
Regnum, tuere, poſtulant
Cives Poloni, & Exteri.

Sit laus Patri, ſit Filio,
Tibiquè Sancte Spiritus,
Preces Joannis impetrent,
Beata nobis gaudia. Amen.

Lectiones I. Nocturni: Beatus Vir. cum reliquis de eodem Communi.

In II. Nocturno. Lectio IV.

JOannes in Oppido Kenty Cracoviensis Diœcesis, à quo Cantii cognomen duxit Stanislao, & Anna piis, & honestis Parentibus natus, morum suavitate, innocentiâ, gravitate, ab ipsa infantia spem fecit maximæ virtutis. In Universitate Cracoviensi Philosophiæ, ac Theologiæ primùm Auditor, tum per omnes Academiæ gradus ascendendo Professor ac Doctor, sacrâ, quam annis multis tradidit doctrinâ, mentes audientium nō illustrabat modo, sed & ad omnem pietatem inflammabat, simul docens scilicet, & faciens. Sacerdos factus nihil de literatum studio remittens, studium auxit Christianæ perfectionis. Utq; passim offendi DEUM maximè dolebat; sic eum sibi & populo placare, oblatô quotidie, non sine multis lachrymis incruentô Sacrificiô satagebat. Jlcusiensem Parochiam annis aliquot egregiè administravit, sed animarum periculô commotus; posteà dimisit: ac postulante Academia ad pristinum docendi Officium rediit.

℟. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum DEI. Et dedit.

Lectio V.

QUidquid temporis à studio supererat, partim saluti proximorum, sacris præsertim Concionibus curandæ, partim Orationi dabat, in qua Cœlestibus quandoq; visionibus, & colloquiis dignatus

gnatus fertur. Christi verò Passione sic afficiebatur, ut in ea contemplanda totas interdũ noctes duceret insomnes, ejusq; causâ melius recolendæ Hierosolymam peregrinatus sit: ubi & Martyrii desideriô flagrans, Turcis ipsis Christum Crucifixum prædicare non dubitavit. Quater etiam ad Apostolorum limina pedes, atq; viariâ onustus sarcinâ Romam venit, tum ut Sedem Apostolicã, cui maximè addictus fuit, honoraret, tum ut sui (sic enim ajebat) purgatorii pœnas exposita illic quotidie peccatorum venia redimeret. Quo in itinere à latronibus olim spoliatus, & num quid haberet prætereà, interrogatus eùm negasset, aureos deinde aliquot suo insutos pallio recordat9, fugientibus, hos etiam clamans obtulit latronib9: qui Viri Sancti candorem simul & largitatem admirati, etiam ablatos ultrò reddidêre. Alienæ famæ ne quis detraheret, descriptis B. Augustini exemplô in pariete versiculis, se atq; alios perpetuò voluit admonitos. Famelicos de suo etiam obsonio satiabat. Nudos autem non emptis modo, sed detractis quoq; sibi vestibus & calceis operiebat, demissô ipse interim usq; ad terram palliô, ne domum nudipes redire videretur.

℞. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, Stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas Paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

BRevis illi somnus, atq; humi, vestis, quæ nu-

ditatem, cibus, qui mortem duntaxat arceret. Virginalem pudicitiam, velut lilium inter spinas, asperô ciliciô, flagellis, atq; jejuniis custodivit. Quin & per annos ante obitum triginta circiter & quinque, ab esu carnium perpetuò abstinuit. Tandem dierum juxta ac meritorum plenus, cũ vicinæ, quam præsensit, morti se diù diligenterq; præparasset, ne qua re ampliùs teneretur, si quid domi supererat, id omne pauperibus distribuit. Tum Ecclesiæ Sacramentis ritè munitus, dissolvi jam cupiens, & esse cum Christo, pridiè Nativitatis ejus in Cœlum evolavit: Miraculis ante, & post mortem clarus. Mortuus, ad proximam Academiæ Ecclesiam S. Annæ delatus est, ibiq; honorificè sepultus. Auctaq; in dies populi veneratione, ac frequentia inter primarios Poloniæ, ac Lithvaniæ Patronos religiosissimè colitur. Novisq; corruscãs miraculis, à Clemente XIII. Pontifice Maximo, decimo septimo calendas Augusti, millesimo septingentesimo sexagesimo septimo, Solemni ritû Sanctorum Fastis adscriptus est.

℟. Iste Homo perfecit omnia, quæ locutus est ei DEUS, & dixit ad eum ingredere in requiem meam. * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

℣. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad Cœlestia Regna. Quia te vidi. Gloria Patri. Quia te vidi.

In III. Nocturno.

Homilia in Evangelium. Sint lumbi vestri precincti, &c. *9. Lect. Dom.*

Hymnus

Hymn: ad Laudes ut in 1mis Vesperis.

In 2dis Vesperis.

TE deprecante, corporum
Lues recedit, improbi
Morbi fugantur, pristina
Redeunt salutis munera.

Phtysi, febriquè & ulcere
Diram redactos ad necem
Sacratas morti victimas,
Ejus rapis è faucibus.

Te deprecando, tumido
Merces abactæ flumine
Fractæ DEI potentia,
Sursum fluunt retrogradæ.

Cum tanta possis, sedibus
Cœli locatus, poscimus
Responde votis supplicum,
Et invocatus subveni.

O! una semper Trinitas!
O! Trina semper unitas!
Da supplicante Cantico,
Æterna nobis gaudia. Amen.

N O V E M B E R.

DIE XVII. NOVEMBRIS.

In Festo B. SALOMEÆ V: Or: S. Claræ dx. min.
Omnia de Com: Virg: præter Orat: & Lect: sequentes.

O R A T I O.

DEUS, qui in Beata Salomea terreni regni cō-temptum cum Virginitatis candore in connubio sociâsti; concede nobis quæsumus; ut ejus

exempló tibi casto & humili corde servientes, immarcescibilem coronam gloriæ in Cœlis consequi mereamur. Per Dominum &c.

In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno. Lectio IV.

SAlomea Regio Sanguine Cracoviæ orta, Lesci quinti Poloniæ Principis & Grimislavæ Ducissæ Russiæ Filia, Boleslai Pudici Beatæ Cunegundis Virginis Sponsi Soror, ab ipsa infantia singularibus à DEO naturæ & gratiæ exornata donis, admiranda futuræ Sanctitatis præmonstravit indicia. Extunc enim eluxit in ea optima indoles, & juncta morum puritati maturitas. Pietati verò supra ætatem addicta, adhuc puellula Virginitatem suam DEO statuerat consecrandam; sed Parentum voluntati obsequi jussa, qui Procerum Poloniæ permoti consiliô ad gravissima evitanda dissidia, precibus Andreæ Hungarorum Regis annuerant, triennis in Hungariam abducitur Colomano Regio Hungariæ Principi desponsanda. Crevit ibi sub optima disciplina in dies humanioribus literis, & pietate proficiens, nuptiis subinde in legitima ætate celebratis, mutuo cum Spôso consensu Virginitatem suam (ut constans scriptorum traditio est) perpetuò illibatam servavit. Cujus integritati ut prospiceret, virorum colloquia declinans, triplici cilicio, jejuniis, vigiliis, & oratione se præmunivit.

℟. Propter veritatem &c.

Lectio V.

COlomanô, Haliciæ sceptro in Russia potitô Salomea

lomea etiam in regali solio Christo humiliter satagens famulari, Sæculi fastum exosa, splendidiorem, quo pro status sui ratione utebatur, ornatum deposuit, iis deinceps contenta indumentis, quæ viduis duntaxat gestare moris erat. Integras sæpe noctes contéplationi intenta traduxit, inter quā aliquando Cœlitùs emissa voce, ad majorem terrenarum rerum contemptum roborari promeruit. Sponsô deniq; è vivis sublatô, Cracoviam revertitur, ubi & regias opes in excitandis Fratrum Minorum Clarissarumve Monasteriis, ac pauperum sublevandis inopiis insumpsit, & altioris perfectionis succensa desideriô mundo nuntium remisit, ac Sanctæ Claræ institutum in Zawichostensi professa est Monasterio. Inde ob Tartarorum incursiones ad aliud solitariô locô extructum Cænobium, quod Sanctæ MARIÆ de Scala appellatur, unà cum Monialibus se contulit. Utrobiq; autem Abbatissæ munere functa, in exacta religiosarum legum custodia, mortificationis, & patientiæ studio se exercens, alumnis suis omnium virtutum exemplar facta est, & magistra.

℟. Dilexisti justitiam.

Lectio VI.

COmpletis autem viginti octo Monasticæ vitæ annis, dum inter Missarum Solemnia Evangelii lectioni, qua à teneris annis delectabatur, attenderet, extremô morbô corripitur; statimq; mortem intra octiduum sibi imminere Prophetico Spiritu prænuntiavit. Qua instante, sodales suas ad mutuæ pacis, charitatis, & castitatis amorem

cohor-

cohortata, Cœlesti deniq; Deiparæ cũ Puero JESU sibi apparente, recreata visione, ad immaculati Sponsi nuptias feliciter evolavit, die decima septima Novembris, anno Salutis ducentesimô sexagesimô octavô supra millesimum, ætatis suæ sexagesimô septimô. Animam ipsius sub specie lucidissimi syderis ex ore prodeuntem se conspexisse adstantes Sorores memoriæ prodiderunt. Angelorum etiam concentus eâdem horâ auditi sunt, Percrebrescente autem ejus Sanctitatis, & miraculorum fama, Corpus septimo ab obitu mense elevatum, & miro fragrans odore, purissimoquè liquore circumfusum, quo ægri peruncti statim sanati sunt, repertum, ad Cracoviensem Sancti Francisci Fratrum Minorum Ecclesiam, ut vivés optaverat, solemniter translatum, confluentes undiq; populi venerantur. Cultum hunc quatuor Sæculorum decursu jugiter auctum, riteq; recognitum Clemens Papa X. approbavit, diemq; obitûs ipsius Ecclesiasticò officiò celebrandum indulsit. ℟. Afferentur Regi.

In III. Nocturno Homilia in Evang: Simile erit Regnum Cœlorum decem Virginibus. &c. *ut in Communi Virgin.*

D E C E M B E R.

DIE IV. DECEMBRIS.

In Festo S. BARBARÆ Virginis & Martyris,

Oratio propria, & Lectiones 2dı Noct: à S. R. C. die 22. Septembris. 1733. approbatæ.

O R A T I O.

Inter-

INtercessio, quæsumus Domine, Beatæ Barbaræ Virginis & Martyris tuæ, ab omni nos adversitate protegat, ut per ejus interventum, gloriosissimum Sacrosancti Corporis, & Sanguinis Domini nostri JESU Christi Sacramentum ante diē exitûs nostri, per veram pœnitentiam, & puram Confessionem, pecipere mereamur. Qui tecū vivit & regnat, &c.

In II. Nocturno. Lectio IV.

BArbara Virgo Nicomediensis Dioscori Nobilis, sed superstitiosi hominis Filia, per ea, quæ visibilia facta sunt, ad invisibilia Divina opitulante gratia facile pervenit. Quàpropter soli DEO, rebusq; Divinis vacare cæpit. Eam Pater, utpote formâ venustiore nitentem, à quocunq; virorum occursu tutari cupiens, turri inclusit; ubi pia Virgo meditationibus, & precibus addicta, soli DEO, quem sibi in Sponsum delegerat, placere studebat. Oblata à Patre pluries nobilium connubia fortiter sprevit: Pater verò per sui absentiam Filiæ animum posse facilius emolliri confidens, jussit primò balneum exstrui, ne quid ei deesset ad commoditatem: deinde peregrè in exteras regiones profectus est.

Lectio V.

ABsente Patre jussit Barbara duabus fenestris, quæ in turri erant, tertiam addi, in honorem Divinæ Trinitatis, labiumq; balnei Sacrosanctæ Crucis signo muniri; quod ubi rediens Dioscor9 inspexit, audita novitatis causa, adeo in Filiam excanduit, ut stricto ense eam appetens parum abfue-

abfuerit, quin eam dirè confoderet: ſed præſtò adfuit DEUS: fugienti Barbaræ ſaxum ingens ſe patefaciens, viam aperuit, per quam montis faſtigium petere, & in ſpecu latere potuit. Sed paulò poſt, cùm à nequiſſimo genitore reperta fuiſſet, ejus latera pedibus, dorſumq; pugnis immaniter percuſſit, & crinibus per loca aſpera, difficilesq; vias raptatam Marciano Præſidi puniendam tradidit.

Lectio VI.

ITaq; ab ipſo omnibus modis, ſed in caſſum tetatam, nudam nervîs cædi, & inflicta vulnera teſtulis confricari, deinde in carcerem trahi præcepit; ubi immenſa luce circumdatus ei Chriſtus apparens, mirificè confortatam in paſſionum tolerantia confirmavit: quod advertens Juliana matrona ad fidem converſa, ejuſdem palmæ particeps effecta eſt. Barbaræ demum ferreis ungvib9 membra laniantur, facibus latera incenduntur, & malleolis caput contunditur; quibus in cruciatibus conſortem conſolabatur, & hortabatur, ut ad finem usq; conſtanter certaret. Præcifis tandē utriq; uberibus, nudæ per loca publica tractæ, capite plectuntur, Filiæq; cervicem ipſe ſceleſtiſſimus Pater humanitatis expers propriis amputavit manibus. Cujus fera crudelitas non diu inulta remanſit, nam ſtatim eo ipſo in loco fulmine percuſſus interiit.

In III. Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii ſecundùm Matthæum.

Lectio VII. Cap: 25.

In illo

IN illo tempore: Dixit JESUS Discipulis suis parabolam hanc: Simile erit Regnum Cœlorum decem Virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam Sponso & Sponsæ. Et reliqua. Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Homilia. 79. in Matthæum circa medium.

POst ingentes labores, post incredibiles sudores, & acerrimas pugnas, post trophæa, quæ de naturæ rabie statuerunt, resurgunt cum dedecore, & lampadibus earum extinctis, terram aspicientes recedunt. Nihil sanè tenebrosius est, quàm Virginitas oleo carens: unde sic vulgò multi immisericordes tenebrosos solent appellare. Quid igitur ex Virginitate lucratæ sunt? quæ nec Spōsum quidem viderunt, nec saltem ad pulsandum usq; pervenerunt, sed terribile illud verbum audivêre: Abite! nescio vos.

℟. Hæc est Virgo sapiens.

Lectio VIII.

QUod cùm ipse dixerit: nihil aliud quàm gehenna, & intolerabilis cruciatus relinquitur: imò verò etiam gehenna istud verbum gravius est: hoc verbum operantibus etiam iniquitatem dixit: Vigilate, quia nescitis diem, neq; horam. Crebrò id repetit, ut ignorantiam exitûs ab hac vita, utilem esse ostendat. Ubi sunt ergo? qui per totam vitam desidia torpescunt, & quando à nobis admonentur, respondere non dubitant, omnia se pauperibus moriendi tempore relicturos.

℟. Media Nocte.

Lectio

Lectio IX.

AUdiant hæc verba, & emendent ſe: multi enim abeundi tempus exſpectantes, ita repentè rapti ſunt, ut nec injungere ſuis quidquam potuerint. Sed hæc quidem parabola ejus eleemoſynæ gratiâ, quæ cũ pecunia conficitur, dicta eſt. Cur autem hæc Parabola Sponſum adducit? ut videas, quantum Virginibus Chriſtus afficitur iis, quæ ſua pauperibus erogant: hæc enim & vera virginitas eſt. Nam & Paulus huic rei hanc deſcriptionem attribuit dicens: Innupta ſollicita eſt de iis, quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Te DEUM laudamus, &c.

DIE X. DECEMBRIS.

In Feſto Transl: ALMÆ DOMUS B. V. M.

Duplex Majus.

AD VESPERAS.

Antiph: Domum tuam &c. *Cum reliquis de laudibus infra. Pſalmus.* Dixit Dominus, *cum reliquis ut in Officio Parvo B. V. MARIÆ.*

Capitulum Eccl: 24.

In omnibus requiem quæſivi, & in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium, & qui creavit me requievit in tabernaculo meo.

Hymnus: Ave Maris Stella, *prout in Officio parvo Beatæ MARIÆ Virginis.*

℣. Hæc eſt Domus Domini firmiter ædificata.

℟. Benè fundata eſt ſupra firmam petram.

Ad

Ad Magnificat Antiphona.

Sanctificavit Dominus tabernaculum suum, quia hæc est Domus DEI, in qua invocabitur Nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit Nomen meum ibi, dicit Dominus.

O R A T I O.

DEUS, qui Beatæ MARIÆ Virginis Domũ per Incarnati Verbi mysterium misericorditer cõsecrâsti, eamq; in sinu Ecclesiæ tuæ mirabiliter collocâsti: concede, ut segregati à tabernaculis peccatorum, digni efficiamur habitatores Domûs Sanctæ Tuæ. Per eundem Dominum nostrum.

Ad Matutinum Invitatorium.

Salvatorem mundi, in Domo Virginis de Spiritu S. conceptum. Venite adoremus.

Psalmus. Venite, exultemus &c.

Hymnus. Cœlestis Urbs Jerusalem, *prout in Festo Dedicationis Ecclesiæ. pag:* 111.

In I. Nocturno.

Ant: Elevata est magnificẽtia tua super Cœlos.

Psalm: Domine Dominus noster, *cum reliquis prout in Officio parvo B. M. V.*

Ant: In Sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Ant: Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus? innocens manibus, & mundo corde.

℣. Domum tuam Domine decet sanctitudo.

℟. In longitudinem dierum. Pater noster.

Absol: Exaudi Domine. ℣. Jube Domne benedicere. *Bened:* Benedictione perpetua.

De

De Libro 3tio Regum, Cap: 8. Lectio I.

STetit autem Salomon, ante Altare Domini in conſpectu Eccleſiæ Iſrael, & expandit manus ſuas in Cœlum, & ait: Ergone putandum eſt, quod verè DEUS habitet ſuper terram? Si enim Cœlum, & Cœli Cœlorum te capere non poſſunt, quantò magis Domus hæc, quam ædificavi? Sed reſpice ad orationem ſervi tui, & ad preces ejꝰ, Domine DEUS meus: audi hymnum & orationē, quam ſervus tuus orat coram te hodie: ut ſint oculi tui aperti ſuper Domum hanc nocte ac die ſuper Domum, de qua dixiſti: Erit Nomen meū ibi: & exaudias deprecationem ſervi tui, & populi tui Iſrael, quodcunq̄, oraverint in loco iſto; & exaudies, in loco habitaculi tui in Cœlo, & cum exaudieris propitius eris. Tu autem. &c.

℟. Vidi ſpecioſam ſicut columbam aſcendentē deſuper rivos aquarum: cujus inæſtimabilis odor erat nimis in veſtimentis ejus: * Et ſicut dies verni circumdabant eam flores roſarum, & lilia convallium.

℣. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris. Et ſicut.

Lectio II.

SI fugerit populus tuus Iſrael inimicos tuos; (quia peccaturus eſt tibi) & agentes pœnitētiam, & confitentes Nomini tuo venerint, & oraverint, & deprecati te fuerint in Domo hac: exaudi in Cœlo, & dimitte peccatum populi tui Iſrael, & reduces eos in terram, quam dediſti pa-

Lectio V.

AD hoc Templum, ad hæc Sancta Sanctorum, ad hanc Arcam Testamenti adorabo, & laudabo Nomen Domini, dicens cum David. Invenit cor meum, ut orem DEUM meum. Et ego inveni Cor Regis, Fratris, & amici benigni JESU. Et numquid non adorabo? Hoc igitur Corde tuo, & meo, dulcissime JESU, invento, orabo te, DEUM meum: admitte tantum in Sacrarium exauditionis tuæ preces meas; imò me totum trahe in Cor tuum. O omnium pulchritudine speciosissime JESU, amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me; ut purificatus per te purissimum, possim accedere, & in Corde tuo omnibus diebus vitæ meæ merear habitare, & ut videre simul, & facere tuam valeam voluntatem.

℟. Sicut ovis ad occisionem ductus est, & dū malè tractaretur, non aperuit os suum; traditus est ad mortem, * ut vivificaret populum suum.

℣. Tradidit in mortem animam suam, & inter sceleratos reputatus est. Ut vivificaret.

Lectio VI.

AD hoc enim perforatum est Latus tuum, ut nobis patescat introitus. Ad hoc vulneratum est Cor tuum, ut in illo, & in te ab exterioribus perturbationibus absoluti habitare possimus. Nihilominus & propterea vulneratum est, ut per vulnus visibile, vulnus amoris invisibile videamus. Quomodo hic ardor meliùs ostēdi potest, nisi quòd non solùm Corpus, verùm etiā ipsum Cor lancea vulnerari permisit? Carnale ergo vulnus, vulnus

men tuum timere, ficut populus tuus Ifrael, & probent quia Nomen tuum invocatum eft fuper Domum hanc. Tu autem.

℣. Quæ eft ifta, quæ proceffit ficut Sol, & formofa tanquam Jerufalem? * Viderunt eam filiæ Sion, & beatam dixerunt, & Reginæ laudaverunt eam.

℟. Et ficut dies verni circumdabant eam flores rofarum, & lilia convallium. Viderunt. Gloria Patri. Viderunt.

In III. Nocturno.

Ant: Diffufa eft gratia in labiis tuis, propterea benedixit te DEUS in æternum, & in fæculum fæculi.

Ant: Sanctificavit tabernaculum fuũ Altiffimus.

Ant: Homo natus eft in ea, & ipfe, fundavit eam Altiffimus.

℣. Domine dilexi decorem Domus tuæ.

℟. Et locum habitationis gloriæ tuæ. Pater nofter. *Abfol:* Ipfius pietas. ℣. Jube Domne benedicere. *Bened:* DEUS Pater Omnipotens.

Sermo S. Bernardi Abb: *Serm: 52. de divers.*

Lectio IV.

SApientia quæ DEI erat, de finu Patris ad nos veniens ædificavit fibi Domum, ipfam fcilicet Matrem Virginem MARIAM, in qua feptem columnas excidit. Quid eft in ea feptem columnas excidere, nifi ipfam dignum fibi habitaculum fide & operibûs præparare? nimirum ternarius numerus ad fidem propter Sanctã Trinitatem, quaternarius pertinet ad mores, propter quatuor prin-

cipales

cipales virtutes. Quod autem in Beatâ MARIA Sancta Trinitas fuerit, fuerit dico per præsentiā majestatis, ubi solus Filius erat per susceptionem humanitatis, testatur nuntius Cœlestis, qui ei arcana mysteria referans, ait: Ave gratia plena, Dominus tecum; & post pauca: Spiritus S. superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ecce habes Dominum, habes virtutem Altissimi, habes Spiritum S. habes Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. Tu autem.

℟. O quam metuendus est locus iste! * Verè non est hic aliud, nisi Domus DEI, & porta Cœli.

℣. Hæc est Domus Domini firmiter ædificata, benè fundata est supra firmam petram. Verè non.

Lectio V.

UTrum autem & quatuor principales virtutes, tanquam quatuor columnas possederit, inquisitione dignum videtur. Primum ergo videamus, an fortitudinem habuerit, quæ nimirùm virtus quomodo illi abesse potuit, quæ abjectis sæcularibus pompis, spretisq; voluptatibus carnis, soli DEO in virginitate vivere proposuit? Ni fallor hæc Virgo est, quæ apud Salomonem legitur, Mulierem fortem, quis inveniet? procul & de ultimis finibus pretium ejus. Porro, quod temperans, & justa fuerit, ex Angeli collocutione, & sui ipsius responsione hoc clariùs comprobamus. Salutata quippe tam venerabiliter ab Angelo: Ave gratia plena, Dominus tecum; non se extulit, quasi quæ ex singulari gratiæ privilegio benediceretur, sed siluit, & qualis esset insolita hæc salutatio secū

cogita-

cogitavit. Qua in re, quid, nisi temperans, fuit? at verò, cum de Cœlestibus mysteriis ab eodem Angelo doceretur, diligenter quæsivit, quomodo conciperet, & pareret, quæ virum utiq; non cognosceret; & in hoc sine dubio prudens extiterit. Tu autem.

℟. Fundata est Domus Domini supra verticē montium, & exaltata est super omnes colles. * Et venient ad eam omnes gentes, & dicent, Gloria tibi Domine.

℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Et venient ad eam.

Lectio VI.

JUstitiæ autem præfert insigne, ubi se ancillam Domini confitetur, nam quod justorum sit confessio, testatur qui ait: Verum tamen, justi confitebuntur Nomini tuo. Fuit igitur Beata Virgo MARIA fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogatione, justa in confessione. His itaq; quatuor morum columnis, & tribus fidei prædictis extruxit in ea sibi Domum Sapientia Cœlestis, quæ adeò mentem ejus replevit, ut de plenitudine mentis fæcundaretur & caro. Ipsius autem Virginis natalis Domus Divinis mysteriis consecrata, Angelorum ministerio ab infidelium potestate, in Dalmatiam priùs, deinde in Agrum Lauretanum Picenæ Provinciæ translata fuit sedente Sancto Cælestino V. eandemq; ipsam esse, in qua Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis, tum Pontificiis diplomatibus, & celeberrima totius orbis veneratione, tum cōtinua miraculorum

lorum virtute, & Cœlestium beneficiorum gratia comprobatur. Quibus permotus Innocentius XII. quo ferventius erga Matris amantissimæ cultum fidelium memoria excitaretur, ejusdem Sanctæ Domus Translationem anniversaria solemnitate in tota Piceni Provincia veneratam, Missa etiam & Officio proprio celebrare præcepit. Tu autem.

℟. Domus mea, Domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit, & qui quærit, invenit; * Et pulsanti aperietur.

℣. Petite, & accipietis, quærite, & invenietis. Et pulsanti. Gloria Patri. Et pulsanti aperietur.

In III. Nocturno.

Antiph: Tollite hostias, & introite in atria ejus, adorate Dominum in aula Sancta ejus.

Ant: Viderunt omnes populi gloriam ejus.

Ant: Cantate Domino Canticum novum, quia mirabilia fecit Dominus. Alleluja.

℣. Domum tuam Domine decet sanctitudo.

℟. In longitudinem dierum. Pater noster. *Absol:* A vinculis. ℣. Jube Domne benedicere. *Bened:* Evangelica lectio.

Lectio Sancti Evangelii secundùm Lucam.

Lectio VII. Cap: 1. 26.

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à DEO in Civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam Viro, cui no-

men erat Joseph, de Domo David; Et Nomen Virginis MARIA. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abbatis.

Ex Homilia 1. super Missus est.

QUæ est hæc Virgo tam venerabilis, ut salutetur ab Angelo; tam humilis, ut desponsata sit, Fabro? Pulchra permixtio Virginitatis, & humilitatis, nec mediocriter placet DEO illa anima, in qua & humilitas commendat Virginitatem, & Virginitas exornat humilitatem; sed quanta putas veneratione digna est, in qua humilitatem exaltat fecunditas, & partus consecrat Virginitatem? Audis Virginem, audis humilem? laudabilis virtus Virginitas, sed magis necessaria humilitas: illa consulitur, ista præcipitur. Tu autem &c.

℟. Diffusa est gratia in labiis tuis: * Propterea benedixit te DEUS in æternum.

℣. Myrrha & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus te delectaverunt filiæ Regum in honore tuo. Propterea benedixit.

Lectio VIII.

Ex Homilia 2. super eodem loco.

MIssus est inquit Angelus ad Virginem carne, Virginem mente, Virginem professione, Virginem deniq; qualem describit Apostolus, mente & corpore Sanctam; nec noviter, nec fortuitò inventam, sed à sæculo electam, ab Altissimo præcognitam, & sibi præparatam, ab Angelis servatam, à Patribus præfiguratam, à Pro-

phetis

phetis promissam, ut pauca loquar de pluribus, quam sibi aliam prœdixisse DEUS videtur, quando ad serpentem ait: Inimicitias ponam inter te, & Mulierem; Et si adhuc dubitas, an de MARIA dixerit, audi quod sequitur: ipsa conteret caput tuum: cui hæc servata victoria est, nisi MARIÆ? Tu autem.

℞. Beata es Virgo MARIA, DEI Genitrix, quæ credidisti Domino, perfecta sunt in te, quæ dicta sunt tibi: ecce exaltata es super Choros Angelorum: * Intercede pro nobis ad Dominum nostrum.

℣. Ave MARIA gratia plena: Dominus tecum. Intercede. Gloria Patri. Intercede pro nobis.

Lectio IX.

Ex Homilia 3. super eodem loco.

ET ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum. Quò ingressus ad eam? Puto in Sacrarium pudici cubiculi, ubi illa fortassis clauso super se ostio orabat Patrem in abscondito. Solent Angeli adstare orantibus, & delectari in his, quos vident levare puras manus in oratione. Holocaustum Sanctæ devotionis gaudent se offerre DEO in odorem suavitatis. MARIÆ autem orationes quantum placuerint in conspectu Altissimi, Angelus indicavit, qui ingressus ad eam tam reverenter salutavit. Tu autem.

Te DEUM laudamus, &c.

Ad

Ad Laudes & per Horas Antiph.

Domum tuam Domine decet ſanctitudo in longitudinem dierum.

Pſalmus. Dominus regnavit. *cum reliquis de Dominica.*

Ant: Domus mea, Domus orationis vocabitur: in ea omnis qui petit, accipit; & qui quærit, invenit: & pulſanti aperietur.

Ant: Propter Domum Domini DEI noſtri, quæſivi bona tibi.

Ant: Domine DEUS exaltaſti ſuper terram habitationem meam.

Ant: Domum Majeſtatis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.

Capitulum Eccl: 24.

In omnibus requiem quæſivi, & in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.

H Y M N U S.

ALto ex Olympi vertice, &c. *ut habetur ad Laudes in Comm: Dedicat: Eccl. pag: 124.*

℣. Introibimus in tabernaculum ejus.

℟. Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.

Ad Benedictus Antiphona.

Ecce tabernaculum DEI cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus ejus erunt, & ipſe DEUS cum eis erit eorum DEUS.

O R A T I O.

DEUS, qui Beatæ MARIÆ Virginis Domū per Incar-

Incarnati Verbi myſterium miſericorditer conſecrâſti, eamq; in ſinu Eccleſiæ tuæ mirabiliter collocaſti: concede ut ſegregati à tabernaculis peccatorum, digni efficiamur habitatores Domus Sanctæ tuæ. Per eundem Dominum.

Ad Primam in ℟. *Brevi dicitur.* ℣. Qui natus es de MARIA Virgine.

Ad Tertiam Antiph. In omnibus requiem quæſivi &c. *ut ſupra.*

℟. *br.* Hic Domus DEI eſt, * Et Porta Cœli. Hic Domus.

℣. Et vocabitur Aula DEI. Et Porta. Gloria Patri. Hic Domus.

℣. Domine dilexi decorem Domus tuæ.

℟. Et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ad Sextam Antiph. Propter Domum Domini.

Capitulum Eccl: 24. b.

Et ſic in Sion firmata ſum, & in Civitate ſanctificata ſimiliter requievi, & in Jeruſalem poteſtas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in pate DEI mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea.

℟. *br:* Domine, dilexi decorem Domus tuæ.

℣. Et locum habitationis gloriæ tuæ. Dilexi. Gloria Patri. Domine.

℣. Domum tuam Domine decet ſanctitudo.

℟. In longitudinem dierum.

Ad Nonam Antiph: Domum Majeſtatis meæ.

Capitulum Eccl: 24. ſ.

In plateis ſicut cinnamonum & balſamum aroma-

romatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

℟. br: Domum tuam Domine; * Decet Sanctitudo. Domum tuam.

℣. In longitudinem dierum. Decet Sanctitudo. Gloria Patri. Domum tuam.

℣. Hic Domus DEI est, & Porta Cœli.

℟. Et vocabitur Aula DEI.

In secundis Vesperis, omnia ut in primis, præter Antiphonam ad Magnificat.

Ad Magnificat Antiphona.

O quam metuendus est locus iste! verè non est hic aliud, nisi Domus DEI, & Porta Cœli.

Oratio ut supra.

In Festo SANCTORUM, Quorum Sacræ Reliquiæ in Eccl: S. J. coluntur.

Omnia de Communi plurimorum Martyrum præter ea, quæ hic ponuntur.

O R A T I O.

AUge in nobis, Domine, resurrectionis fidem, qui Sanctorum tuorum Reliquiîs mirabilia operaris: & fac nos immortalis gloriæ participes, cujus in eorum cineribus pignora veneramur. Per Dominum &c.

In I. Nocturno.

Fratres debitores, *cum reliquis de Comm: plurimorum Martyrum.*

In II. Nocturno.

Ex

Ex Tractatu S. Joannis Damaſceni de fide Orthodoxa. *Cap; 16. lib: 4.*

Lectio IV.

CHriſtus Dominus Sanctorum Reliquias velut ſalutiferos fontes præbuit, ex quibus pluri-ma nobis beneficia manant, ſuaviſſimumq; un-guentum profluit. Nec verò quiſquam huic ſermoni fidem detrahat; nam ſi aqua in deſerto ex aſpera & ſolida rupe, atq; ex aſini maxilla, ad ſedandam Samſonis ſitim DEO ita volente, profilit, eritne, cur cuiquam incredibile videa-tur, ex Martyrum Reliquiis ſuavè ungventum ſcaturire? Minimè certè: iis quidem, quibus DEI potentia, honorq; quô Sanctos afficit, per-ſpectus; & exploratus eſt. Atq; illud quidem veteri lege comparatum erat, ut quisquis mortu-um contigiſſet, immundus cenſeretur, verùm hi in mortuorum numero minimè habendi ſunt.

℟. Sancti tui.

Lectio V.

EX quo enim ipſamet vita ac vitæ auctor in-ter mortuos adſcriptus eſt eos, qui ſpe reſurre-ctionis, fideiq; erga eum, diem extremum clau-ſerunt, mortuos haudquaquam appellamus. Quœ enim mortuum corpus miracula edere queat? Per ea dæmones expelluntur, morbi profligan-tur, ægroti ſanantur, cæci proſpiciunt, leproſi mundantur, tentationes, ac mærores, deniq; o-mne donum optimum à Patre luminum eorum operâ, ad eos, qui fide minimè dubia poſtulant, deſcendit. Quid non laboris ſuſcipias, ut Pa-

tronum

tronum quemdam nanciſcaris, qui te mortali Regi offerat, ac tuo nomine ad eum verba faciat? Annon igitur hi honorandi ſunt, qui totius humani generis Patronos ſe profitentur, ac DEO noſtrâ causâ ſupplicant.

℟. Verbera carnificum.

Lectio VI.

HOnorandi certè & quidem ita, ut in eorum nomine templa DEO extruamus, dona offeramus, eorum memoriam colamus, atq; in ea ſpiritualiter oblectemur, quo nimirum lætitia noſtra iis, à quibus invitamur, congruat; ne dum eos colere, & demereri ſtudemus, offendamus potiùs, & irritemus. Quibûs enim rebûs DEUS colitur, iiſdem quoq; ſervi ipſius oblectantur, quibûs autem DEUS offenditur, iisdem etiam milites offenduntur. Quocirca in Pſalmis, & Hymnis, & cantibus, & compunctione, & eorum, qui in egeſtate verſantur, commiſeratione, quibûs obſequiîs DEUS potiſſimùm conciliatur, Sanctos colamus, Statuas ipſis, & viſibiles Imagines erigamus; imò ipſi virtutibus eorum imitandis hoc conſequamur, ut vivæ eorum Statuæ, atq; imagines ſimus.

℟. Tanquam aurum.

In III. Nocturno.

Homilia in Evangelium: Deſcendens JESUS de monte; &c. *cum reliquis de eodem Communi 2dô locô.*

ITINERARIUM.

Ant: In viam pacis & prosperitatis dirigat nos Omnipotens, & miseri cors Dominus, & Angelus Raphael comitetur nobiscum in via: ut cum pace, salute, & gaudio revertamur ad propria.

Psalm: Benedictus Dominus DEUS Israél. &c. *ut in Laudibus.*

Antiph: In viam pacis. Kyrie eleyson. Chryste eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. DEUS meus sperantes in te. ℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. ℟. Et de Sion tuere nos. ℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Benedictꝰ Dominus die quotidie. ℟. Prosperum iter faciat nobis DEUS salutarium nostrorum. ℣. Vias tuas Domine demonstra nobis. ℟. Et semitas tuas edoce nos. ℣. Utinam dirigantur viæ nostræ. ℟. Ad custodiendas justificationes tuas. ℣. Erunt prava in directa. ℟. Et aspera in vias planas. ℣ Angelis suis DEUS mandavit de te. ℟. Ut custodiant te in omnibus viis tuis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meꝰ ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DEUS, qui filios Israel per maris mediū siccô vestigiô ire fecisti; quiq;

quiq; tribus Magis iter ad te ſtellâ duce pandiſti: tribue, quæſumus, iter proſperum, tēpusq; tranquillum, ut Angelo tuo Sancto Comite, ad eum, quò pergimus, locum, ac demum ad æternæ ſalutis portum pervenire feliciter valeamus.

DEUS, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldeorum eductū, per omnes ſuæ peregrinationis vias illæſum cuſtodiſti: quæſumus: ut nos famulos tuos cuſtodire digneris: eſto nobis Domine in procinctu ſuffragium, in via ſolatiū, in æſtu umbraculum, in pluvia & frigore tegumentum, in laſſitudine vehiculum, in adverſitate præſidium, in lubrico baculus, in naufragio portus: ut te duce, quò tendimus, proſperè perveniamus, & demum incolumes ad propria redeamus.

ADeſto quæſumus, Domine, ſupplicationibꝰ noſtris: & viā famulorū tuorū in ſalutis tuæ proſperitate diſpone; ut inter omnes viæ, & vitæ hujus varietates tuô ſēper protegamur auxiliô.

PRæſta, quæſumus, Omnipotens DEUS: ut familia tua per viam ſalutis incedat, & B. Joannis Præcurſoris hortamenta ſectando, ad eū, quē prædixit, ſecura perveniat, Dominū noſtrum JESUM Chriſtum. Qui tecum vivit, &c.

℣. Procedamꝰ in pace.
℟. In Nomine Domini.

LITANIÆ.

KYrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſ.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de Cœlis DEUS, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi DEUS. Miſerere nob.
Spiritus S. DEUS. Miſ.

Sancta

Sancta Trinitas unus DEUS. Miſerere nob.
S. MARIA. Ora pro n.
S. DEI Genitrix. Ora.
S. Virgo Virginum. O.
S. Michàél. Ora:
S. Gabriel. Ora:
S. Raphàél. Ora:
Omnes SS. Angeli, & Archangeli. Orate:
Omnes SS. Beatorũ Spiri tuum ordines. Orate:
S. Joannes Baptiſta. O.
Omnes SS. Patriarchæ & Prophetæ. Orate:
S. Petre.
S. Paule.
S. Andrea.
S. Jacobe.
S. Joannes.
S. Thoma.
S. Jacobe.
S. Philippe.
S. Bartholomeæ.
S. Mattheæ.
S. Simon.
S. Thadeæ.
S. Mathia.
S. Barnaba.
S. Luca.
S. Marce.
Ora pro nobis.

Omnes SS. Apoſtoli, & Evangeliſtæ. Orate:
Omnes SS. Diſcipuli Domini. Orate:
Omnes SS. Innocentes. Orate pro nobis.
S. Stephane. Ora:
S. Laurenti. Ora:
S. Vincenti. Ora.
SS. Fabiane & Sebaſtiane. Orate.
SS. Joannes & Paule. O:
SS. Coſma & Damiane.
SS. Gervaſi & Protaſi. O:
Omnes SS. Martyres. O.
S. Sylveſter.
S. Gregori.
S. Ambroſi.
S. Auguſtine.
S. Hieronyme.
S. Martine.
S. Nicolae.
Ora pro nobis.
Omnes SS. Pontifices, & Confeſſores. Orate.
Omnes SS. Doctores. O.
S. Antoni.
S. Benedicte.
S. Bernarde.
S. Dominice.
S. Franciſce.
Ora pro n.
Omnes SS. Sacerdotes & Levitæ. Orate:

Omnes SS. Monachi & Eremitæ. Orate:
S. Maria Magdalena.
S. Agatha.
S. Lucia.
S. Agnes.
S. Cecilia.
S. Catharina.
S. Anastasia.
Ora pro nobis.
Omnes SS. Virgines & Viduæ. Orate:
Omnes Sancti & Sanctæ DEI. Intercedite pro:
Propitius esto. Parce nobis Domine.
Propitius esto. Exaudi nos Domine.
Ab omni malo. Libera nos Domine.
Ab omni peccato. Libera nos Domine.
Ab ira tua. Libera:
A subitanea, & improvisa morte. Libera:
Ab insidiis diaboli. Libera nos Domine.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate. Lib:
A spiritu fornicationis. Libera nos Domine.
A fulgure & tempestate. Libera nos Domine.
A morte perpetua. Libera nos Domine.
Per mysterium Sanctæ Incarnationis tuæ. Li:
Per adventum tuũ. Lib:
Per baptismum, & sanctũ jejunium tuum. Lib.
Per Crucem & Passionẽ tuam. Libera nos D.
Per Mortem & Sepulturam tuam. Libera n.
Per sanctam Resurrectionem tuam. Libera:
Per admirabilem Ascensionem tuam. Libera:
Per adventum Spiritûs Sancti Paracliti. Lib:
In die judicii. Libera:
Peccatores. Te rogamꝰ, audi nos.
Ut nobis parcas. Te:
Ut nobis indulgeas. Te:
Ut ad veram pœnitentiã nos perducere digneris. Te rogamus audi.
Ut Ecclesiam tuam Sanctam regere, & conservare digneris. Te ro:
Ut domnum Apostolicũ, & omnes Ecclesiasticos ordines in Sancta Religione

ligione conservare di-gneris. Te rogamus.
Ut inimicos Sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris. Te rogamus audi:
Ut Regibus & Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut cuncto populo Christiano pacem, & unitatẽ largiri digneris. Te:
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, & conseruare dignegneris. Te rogamus:
Ut mẽtes nostras ad Cœlestia desideria erigas. Te rogamus audi nos.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. Te:
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias. Te:
Ut fructus terræ dare, & cõservare digneris. Te
Ut omnibus fidelibus defunctis requiẽ æternã donare digneris. Te:
Ut nos exaudire digneris. Te rogamus audi:
Fili DEI. Te rogamus audi nos.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi. Exaudi nos Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi. Miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Pater noster, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

Psalmus 69.

DEUS in adjutorium meum intende: * Domine ad adjuvandũ, me festina.

Confundãtur, & revereantur; * qui quærunt animam

animam meam.

Avertantur retrorsum, & erubescant: * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærũt te: * & dicant semper; Magnificetur Dominus: qui diligũt salutare tuũ.

Ego verò egenus, & pauper sum: * DEUS adjuva me.

Adjutor meus, & liberator meus es tu: * Domine ne moreris.

Gloria Patri, &c.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. DEUS meus sperantes in te. ℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis. ℟. Neq; secũdùm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Oremus pro Pontifice nostro N. ℟. Dominus conservet eum, & vivificet eũ, & Beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus. ℣. Oremus pro benefactoribus nostris. ℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter Nomen tuũ vitam æternam. Amen. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternã dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fratribus nostris absentibus. ℟. Salvos fac servos tuos, DEUS meus, sperantes in te. ℣. Mitte eis Domine auxiliũ de sancto. ℟. Et de Sion tuere eos. ℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, cui propriũ eſt miſereri ſemper, & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram, ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena cõſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat.

Exaudi, quæſumus Domine, ſupplicum preces, & confitentium tibi, parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiã tribuas benignus, & pacem.

INeffabilem nobis, Domine, miſericordiã tuam clementer oſtẽde: ut ſimul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias

DEUS, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

OMnipotẽs ſempiterne DEUS, miſerere famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum ſecundùm tuam clementiam in viã ſalutis æternæ: ut te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEUS, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera, da ſervis tuis illam, quã mundus dare non poteſt, pacem, ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tuâ protectione tranquilla.

URe igne Sancti Spiritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Domine: ut tibi caſtô corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium Deus omnium conditor & Redẽptor, animabus famulorum, famularumq; tuarum remiſſionem cunctorũ tribue peccatorũ; ut indulgentiam, quã ſemper optaverunt, piîs ſupplicationibûs conſequantur.

Actio.

ACtiones noſtras, quæ ſumus, Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere: ut cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

OMnipotens ſempiterne DEUS, qui vivorum dominaris, ſimul & mortuorum omniumq; miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe præ noſcis: te ſupplices exoramus: ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosq; vel præſens ſæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore ſuſcepit, intercedentibûs omnibûs Sāctîs tuîs, pietatis tuæ clementiâ omnium delictorum ſuorū veniam conſequantur. Per Dominum &c.

℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Et fidelium animæ per miſericordiam DEI requieſcant in pace. ℟. Amen.

IMPRIMATUR.

Datt: Sandomiriæ 10. Januarii. 1772.

JOANNES RADWANSKI,
Archidiaconus, & Officialis
Sandomirienſis.

INDEX OFFICIORUM
DE
SANCTIS.

JANUARIUS.

FEBRUARIUS.

MARTIUS.

APRILIS.

JUNIUS.

JULIUS.

B. Jo-

Ad M. D. Gl: B. V. M. Hon:

ORATIONES PROPRIÆ
F E S T O R U M
Juxta Ritum Breviarii Romani.
Tùm Patronorum
Regni Poloniæ, & Sveciæ.
Præter eas, quæ hic, vel in propriis eorum Officiis, vel in Communibus Sanctorum, reperiuntur.



J A N U A R I U S.

XIV. Jan: S. Hilarii Episcopi Conf.

DEUS, qui populo tuo æternæ salutis Beatū Hilarium Ministrum tribuisti: præsta, quæsumus: ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in Cœlis. Per Dominum nostrum &c.

S. Felicis Præsb: Mart.

COncede, quæsumus Omnipotens DEUS: ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exēpla nos provocent: quatenus, quorum solemnia agimus, etiam actus imitemur. Per D. &c.

S. Petri Urseoli Conf.

DEUS, qui Beatum Petrum Venetorum Ducem, Cœlesti Regno terrenum postponere docuisti, da nobis, quæsumus: ejus intercessione & exemplô terrena despicere, atq; æterna sectari. Per Dominum &c.

XVI. Jan: S. Marcelli Pap: Mart.

PReces populi tui, quæsumus, Domine, clementer exaudi, ut Beati Marcelli Mart: tui,

atq; Pontificis meritis adjuvemur, cujus passione lætamur. Per Dominum &c.

XVIII. Jan: Cathedra S. Petri Romæ.

DEUS, qui Beato Petro Apostolo tuo collatis clavibus Regni Cœlestis, ligandi atq; solvendi Pontificium tradidisti; concede, ut intercessionis ejus auxiliô, à peccatorum nexibus liberemur. Qui vivis, &c.

Commemo: S. Pauli Apost.

DEUS, qui multitudinem gentium Beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti, da nobis, quæsumus: ut cujus commemorationem colimus, ejus, apud te patrocinia sentiamus. Per:

S. Priscæ Virg: & Mart.

DA, quæsumus, Omnipotens, DEUS; ut qui Beatæ Priscæ V. & M. tuæ natalitia colimus: & annuâ solemnitate lætemur, & tantæ fidei proficiamus exemplô. Per Dom: &c.

XIX. Jan: S. Canuti R. M.

DEUS, qui ad illustrandam Ecclesiam tuam, Beatum Canutum, Danorum Regem, Martyrii palmâ & gloriosis miraculis decorare dignatus es: concede propitius: ut sicut ipse Dominicæ Passionis imitator fuit, ita nos per ejus vestigia gradientes, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Per Dominem &c.

SS. Marii &c. Mart.

EXaudi Domine populum tuum, cum Sanctorum tuorum patrocinio supplicantem; ut, & temporalis vitæ nos tribuas pace gaudere, & æternæ reperire subsidium. Per Dom: &c.

S. Hen-

S. Henrici Episc: & Mart: P. R. S.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui Beatô Henrico Mart: tuo atq; Pontifici, glorioso triumpho Martyrii largitus es palmā, ejus, quæsumus, meritis & precibûs gratiam nobis largiatis, & gloriam. Per Dominum &c.

XXI. Jan: S. Agnetis Virg: & Mart.

OMnipotēs sempiterne DEUS, qui infirma mūdi eligis, ut fortia quæquæ confundas, concede propitius: ut, qui Beatæ Agnetis V. & M. tuæ solemnia colimus, ejus apud Te patrocinia sentiamus. Per Dominum &c.

XXII. Jan: SS. Vincentii & Anastasii MM.

ADesto Domine supplicationibus nostris: ut, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, Beatorum Martyrum tuorum Vincentii & Anastasii intercessione liberemur. Per:

XXIII. Jan: Desponsatio B. V. M.

FAmulis tuis, quæsumus, Domine, Cœlestis gratiæ munus impertire; ut, quibus Beatæ Virginis partus exstitit salutis exordium, Desponsationis ejus votiva solemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dominum &c.

S. Raymundi de Pennafort Conf. non Pont.

DEUS, qui Beatum Raymundum, pœnitentiæ, Sacramenti insignem Ministrum elegisti, & per maris undas mirabiliter traduxisti; concede: ut ejus intercessione, dignos pœnitentiæ fructus facere, & ad æternæ salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum &c.

Translationis S. Erici R. M. P. R. S.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut, qui Beati Erici Mart: tui Translationem colimus, intercessione ejus in Tui Nominis amore roboremur. Per Dominum &c.

XXV. Jan: Conversio S. Pauli Apost.

DEUS, qui universum mundum Beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti; da nobis, quæsumus; ut, qui ejus hodie Conversionem colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per:

Commemoratio S. Petri Apostoli.

DEUS, qui Beato Petro Apost: *ut 18. Jan.*

XXVII Jan: S. Joan: Chrisost: Ep: Conf.

ECclesiam tuam, quæsumus, Domine, gratia Cœlestis amplificet, quam Beati Joannis Chrisostomi Conf: tui atq; Pont: illustrare voluisti gloriosis meritis, & doctrinis. Per Dom: &c.

XXVIII. Jan: S. Agnetis secundo.

DEUS, qui nos annua Beatæ Agnetis V. & M. tuæ solemnitate lætificas; da, quæsumus: ut, quam veneramur officiô, etiam piæ conversationis sequamur exemplô. Per Dom: &c.

S. Juliani Episc: Conf.

EXcita, quæsumus, Domine, in populo tuo spiritum charitatis, quô Beatum Julianum Conf. tuum atq; Pont: replere dignatus es: & concede: ut cujus Festivitatem celebramus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dom: &c.

XXIX. Jan: S. Franc: Salesii Episc: Conf.

DEUS, qui ad animarum salutem Beatû Franciscum Conf. tuum atq; Pont: omnibus omnia factum esse voluisti, concede propitius:

ut,

ut, charitatis tuæ dulcedine perfusi, ejus diligentibûs meritîs æterna gaudia consequamur. Per Dominum nostrum &c.

XXXI. Jan: S. Petri Nolasci Conf.

DEUS, qui in tuæ charitatis exemplum, ad Fidelium redemptionem, Sanctum Petrum Nolascum, Ecclesiam tuam novâ prole fæcundare divinitus docuisti, ipsius nobis intercessione cō. cede, à peccati servitute solutis, in Cœlesti patria perpetua liberate gaudere. Qui vivis, &c.

FEBRUARIUS.

S. Brigidæ V. P. R. P.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui es Sanctarum gloria Virginum, clementiam tuam supplices exoramus: ut per merita Beatæ Virginis tuæ Brigidæ, opportunum tuæ pietatis auxilium sentiamus. Per Dominum &c.

II Febr: Purificationis B. M. V.

OMnipotens sempiterne DEUS, Majestatem tuam supplices exoramus, ut sicut Unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus, ita nos facias, purificatis tibi mentibûs præsentari. Per eundem Dominum nostrum &c.

IV. Febr: S. Andreæ Corsini Episc: Conf.

DEUS, qui in Ecclesia tua, nova semper instauras exempla virtutum, da populo tuo Beati Andreæ Conf. tui atq; Pont: ita sequi vestigia, ut assequamur & præmia. Per D. &c.

S. An-

S. Ansgarii Episc: Conf. P. R. S.

EXaudi, quæsumus Domine preces nostras, quas in Beati Ansgarii Confessoris tui atquè Pont: solemnitate deferimus; & qui tibi dignè meruit famulari, ejus intercedentibûs meritîs ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dom: &c.

VIII. Febr: S. Joannis de Matha Conf.

DEUS, qui per Sanctum Joannem de Matha Ordinem Sanctissimæ Trinitatis ad redimendum de potestate Saracenorum captivos, Cœlitus instituere dignatus es, præsta quæsumus: ut ejus Suffragantibûs meritîs à captivitate corporis & animæ, te adjuvante liberemur. Per D.

X. Febr: S. Scholasticæ Virg.

DEUS, qui Animam Beatæ Virginis tuæ Scholasticæ, ad ostendendam innocentiæ suæ viam, in columbæ specie Cœlum penetrare fecisti; da nobis ejus meritis & precibus ita innocenter vivere, ut ad æterna mereamur gaudia pervenire. Per Dominum &c.

XIV. Febr: S. Valentini Præsb: Mart.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut, qui Beati Valentini Martyris tui natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus ejus intercessione liberemur. Per Dominum &c.

XXIII. Febr: Vig: S. Mathiæ Apost.

DA, quæsumus, Omnipotens DEUS; ut Beati Mathiæ Apostoli tui, quam prævenimus, venerandа solemnitas, & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum &c.

S. Margaritæ de Cortona. V.

DEUS,

DEUS, qui famulam tuam Margaritam de perditionis via ad salutem misericorditer deduxisti; eâdem nobis miseratione concede: ut qui prius errantem sectari nō erubuimus, mox pœnitentem impigrè sequi gloriemur. Per Dom:

XXIV. Febr: S. Mathiæ Apost.

DEUS, qui Beatum Mathiam Apostolorum tuorum collegio sociasti; tribue, quæsumus: ut ejus intercessione, tuæ circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per Dominum &c.

XXV. Febr: S. Sigfridi Ep: Conf. P. R. S.

DEUS, qui Beatum Sigfridum Conf. tuum, Evangelicæ prædicationis gratiâ sublimâsti, præsta, quæsumus: ut & doctrinâ ejus erudiamur, & precibûs adjuvemur. Per D. &c.

MARTIUS.

I. Mart: S. Albini Episc: Conf.

VOtiva, quæsumus, Domine, nos Beati Albini Conf. tui atq; Pont. natalitia restaurent, & ad omne bonum tuâ gratiâ faciant propensiores. Per Dominum &c.

IV. Mart: S. Casimiri Conf.

DEUS, qui inter regales delicias, & mundi illecebras, S. Casimirum virtute constantiæ roborâsti: quæsumus: ut ejus intercessione fideles tui terrena despiciant, & ad Cœlestia semper aspirent. Per Dominum &c.

V. Mart: Translatio S. Venceslai M. P. R. P.

DEUS, qui Beati Venceslai nobilitatem in meliorem mutâsti dignitatem, & eum per Mar-

tyrii palmam, ad Cœlestem perduxisti gloriam; ejus precibûs: nos, quæsumus, ab omni adversitate libera, & æternæ beatitudinis concede perfrui gloriâ. Per Dominum &c.

VII. S. Thomæ de Aquino Conf.

DEUS, qui Ecclesiam tuam, Beati Thomæ Conf. tui mirâ eruditione clarificas, & sancta operatione fæcundas; da nobis, quæsumus: & quæ docuit, intellectû conspicere, & quæ egit, imitatione complere. Per Dominum &c.

VIII. Mart: S. Joannis de DEO Conf.

DEUS, qui Beatum Joannem tuo amore succensum, inter flammas innoxium incedere fecisti, & per eum Ecclesiam tuam novâ prole fæcundâsti, præsta ipsius suffragantibûs meritîs, ut igne charitatis tuæ vitia nostra curentur, & remedia nobis æterna proveniat. Per Dominũ.

IX. Mart: S. Franciscæ Romanæ Vid.

DEUS, qui Beatam Franciscam famulam tuã, inter cæteræ gratiæ tuæ dona, familiari Angeli consvetudine decorâsti; concede quæsum9; ut intercessionis ejus auxiliô, Angelorum consortium consequi mereamur. Per Dominum.

SS. Cyrilli & Methodii Conf. Pont: P. R. P.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui nos per Beatos Pont. & Conf. tuos, nostrosq; Patronos, Cyrillum & Methodium ad unitatem fidei Christianæ vocare dignatus es, præsta quæsumus, ut, qui in præsenti eorum festivitate lætamur, ipsorum etiam meritis gloriam consequi mereamur æternam. Per Dominum &c.

X. Mart.

X. Mart: SS. 40. Mart.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut, qui gloriosos Mart: fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum &c.

XII. Mart: S. Gregorii Papæ.

DEUS, qui Animæ famuli tui Gregorii, æternæ beatitudinis præmia contulisti, concede propitius: ut, qui peccatorum nostrorum pondere premimur, ejus apud te precibûs sublevemur. Per Dominum &c.

XVII. Mart: S. Patritii Episc: Conf.

DEUS, qui ad prædicandam Gentibus gloriam tuam Beatum Patritium Conf. atq; Pontif. mittere dignatus es; ejus meritîs & interssione concede: ut, quæ nobis agenda præcipis, te miserante adimplere possimus. Per Dominum.

XVIII. Mart: S. Gabrielis Archang.

DEUS, qui inter cæteros Angelos, ad annunciandum Incarnationis tuæ Mysterium Gabrielem Archangelum elegisti, concede propitius: ut, qui Festum ejus celebramus in terris, ipsius patrocinium sentiamus in Cœlis. Qui vivis, & regnas. &c.

XXIII. Mart: S. Catharinæ Vast: P. R. S.

DEUS, qui Ecclesiam tuam B. Catharinæ Virg: præclaris, decoras meritis & gloriosis lætificàs miraculis, concede nobis famulis tuis: ut & exemplis ejus in melius reformemur, & patrocinio, ab omnibus adversis protegamur. Per Dominum nostrum &c.

XXV. Mart: Annuntiationis B. V. M.

DEUS, qui de Beatæ MARIÆ Virginis utero, Verbum tuum, Angelo nuntiante carnem suscipere voluisti; præsta supplicibus tuis: ut, qui verè eam Genitricem DEI credimus, ejus apud te intercessionibûs adjuvemur. Per Dom.

Feria 6ta post Dominicam Passionis septem Dolorum B. V. MARIÆ.

DEUS, in cujus Passione secundùm Simeonis prophetiam dulcissimam animam gloriosæ Virginis & Matris MARIÆ doloris gladius pertransivit, concede propitius: ut, qui transfixionem ejus & Passionem venerando recolimus, gloriosis meritis & precibûs omnium Sanctorum cruci fideliter astantium intercedentibus, passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis, & regnas. &c.

Feria 6ta post Dominicam in Albis. De Lancea & Claves Domini.

DEUS, qui in assumptæ carnis infirmitate Clavis affigi, & Lanceâ vulnerari pro mundi salute voluisti, concede propitius: ut, qui eorundem Clavorum & Lanceæ solemnia veneramur in terris, de glorioso victoriæ tuæ triũpho gratulemur in Cœlis. Qui vivis, &c.

II. Mart: S. Helenæ Imp: Vid.

DOmine JESU Christe, qui locum, ubi Crux tua latebat, Beatæ Helenæ revelâsti, ut per eam Ecclesiam tuam hoc pretiosô thesaurô ditares, ejus nobis intercessione concede, ut vitalis Ligni pretiô, æternæ vitæ præmia consequamur. Qui vivis, & regnas &c.



A P R I L I S.

II. April: S. Francisci de Paula Conf.

DEUS, humilium celsitudo, qui Beatum Franciscum Conf. Sanctorum tuorum gloriâ sublimâsti; tribue, quæsumus: ut ejus meritis & imitatione, promissa humilibus præmia feliciter consequamur. Per Dominum &c.

V. Apr: S. Vincentii Ferrer: Conf.

DEUS, qui Ecclesiam tuam, (Beati Vincentii Conf. tui meritis, & prædicatione illustrare dignatus es, concede nobis famulis tuis: ut & ipsius instruamur exemplis, & ab omnibus ejus patrociniô, liberemur adversis. Per Dominum.

XIII. April: S. Hermenegildi Mart.

DEUS, qui Beatum Hermenegildum Mart: tuum Cœlesti Regno terrenum postponere docuisti; da, quæsumus, nobis ejus exemplô caduca despicere, atq; æterna sectari. Per Domin.

XIV. Apr: SS. Tiburtii Valeriani &c. MM.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut qui SS. Mart: tuorum Tiburtii, Valeriani, & Maximi solemnia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per Dominum &c.

XXIII. April: S. Georgii Mart.

DEUS, qui nos Beati Georgii Mart: tui meritis, & intercessione lætificas, concede propitius: ut qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur. Per Dominum.

S. Adalberti Archiepisc. M. P. R. P.

TUam nobis Indulgentiam, quæsumus Domine, Beatus Adalbertus Episcopus & Martyr

imploret, ut & delicta nobis clementer ignoscas, & beneficia desiderata concedas. Per D.

XXVI. Apr: SS. Cleti & Marcellini Pont: M.

BEatorum Martyrum, pariterq; Pontificum Cleti & Marcellini nos, Domine, foveat pretiosa confessio, & pia jugiter intercessio tueatur. Per Dominum &c.

XXIX. April: S. Petri Mart.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut Beati Petri Mart: tui fidem congrua devotione, sectemur, qui pro ejusdem fidei dilatatione, Martyrii palmam meruit obtinere. Per Dominum nostrum &c.

XXX. April: S. Catharinæ Senens.

DA quæsumus, Omnipotens DEUS, ut qui Beatæ Catharinæ Virg: tuæ natalitia colim9, & annua solemnitate lætemur, & tantæ virtutis proficiamus exemplô. Per Dominum &c.

M A J U S.

Translatio S. Januarii Epis: Martyr.

DEUS, qui in Translatione Beati Januarii M. tui, atq; Pont: pretiosô nos præsidii tui pignore locupletâsti, quæsumus, ut ipso intercedente populum tuum ab omnibus periculis eruas, ac de thesauris tuis divitias in nos ineffabilis misericordiæ benignus effundas. Per Dom:

S. Sigismundi Reg: Mart: P. R. P.

DEUS, qui Beatum Sigismundum Regem utroq; diademate, temporali scilicet, & æternô cum desiderata palma Martyrii honorare dignatus

gnatus es; & ejus Reliquias ex profundo gurgite aquarum, ad celebrandum fidelibus revelâsti, tribue, quæsumus, ut qui ejus merita veneramur, ipsius intercessionibûs, ab omnibus semper protegamur adversis. Per Dominum.

III. Maji. Inventionis S. Crucis.

DEUS, qui in præclara salutiferæ Crucis Inventione, Passionis tuæ miracula suscitâsti, concede: ut vitalis Ligni pretiô æternæ vitæ suffragia consequamur. Qui vivis, &c.

IV. Maji. S. Monicæ Vid.

DEUS merentium consolator, & in te sperantium salus, qui Beatæ Monicæ pias lacrymas in conversione filii sui Augustini misericorditer suscepisti, da nobis utriusq; interventû peccata nostra deplorare, & gratiæ tuæ indulgentiam invenire. Per Dominum &c.

S. Floriani Mart: P. R. P.

DEUS, qui nos Beati Floriani Martyris tui solemnitate lætificas, concede propitius: ut cujus gloriosum triumphum veneramur in terris, societatis ejus lætitiam adipisci mereamur in Cœlis. Per Dominum &c.

V. Maji. S. Pii V. Pap: Conf.

DEUS, qui ad conterendos Ecclesiæ tuæ hostes & ad divinum cultum reparandum Pium V. Pont: Maximum eligere dignatus es: fac nos ipsius, defendi præsidiis, & ita tuis inhærere obsequiis; ut omnium hostium superatis insidiis perpetua pace lætemur. Per Dominum nostrum. &c.

VIII.

VIII. Maji. S. Stanislai Ep: M. P. R. P.

DEUS, pro cujus honore gloriosus Pont: Stanislaus gladiis impiorum occubuit; præsta quæsumus: ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dominum &c.

Apparitio S. Michaelis Archan.

DEUS, qui miro ordine, Angelorum ministeria, hominumq; dispensas; concede propitius: ut à quibus tibi ministrantibus in Cœlo sẽper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dominum &c.

X. Maji. S. Antonini Episc: Conf.

SAncti Antonini Domine Conf. tui atq; Pont: meritis adjuvemur, ut sicut te in illo mirabilem prædicamus, ita in nos misericordem fuisse gloriemur. Per Dominum &c.

SS. Gordiani & Epimachi MM.

DA, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut qui Beatorum Martyrum tuorum Gordiani & Epimachi Solemnia colimus, eorum apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum.

XII. Maji. SS. Nerei, Achillei, &c. MM.

SEmper nos Domine MM. tuorum Nerei, Achillei, Domitillæ, atq; Pancratii foveat quæsumus Beata solemnitas, & tuo dignos reddat obsequiô. Per Dominum &c.

XIII. Maji. S. Servatii Episc: Conf.

DEUS, qui populo tuo Sanctum dedisti Servatium Prædicatorem, concede, quæsumus; ut nos tanti Pontif. intercessione, & tuæ pietatis

defen-

defensione, ab omnibus ubiq; liberemur adversis, & tranquilla prosperitate in tua jugiter laude lætemur. Per Dominum &c.

XVI. Maji. S. Ubaldi Episc: Conf.

AUxilium tuum nobis Domine, quæsumus, placatus impende: & intercessione Beati Ubaldi Conf. tui atq; Pont: contra omnes diaboli nequitias dexteram super nos tuæ propitiationis extende. Per Dominum &c.

S. Joannis Nepomuc: Mart.

DEUS, qui ob invictum Beati Joannis Sacramentale silentium nova Ecclesiam tuâ Martyrii coronâ decorasti, da nobis, ejus intercessione & exemplô, lingvam caute custodire, ac omnia potius mala quam animæ detrimentũ in hoc sæculo tolerare. Per Dominum &c.

XVII. Maji. S. Paschalis Baylon Conf.

DEUS, qui Beatum Paschalem Confes. tuum mirifica erga Corporis, & Sangvinis tui sacra mysteria dilectione decorasti: concede propitius, ut, quam ille ex hoc Divino convivio spiritûs percepit pingvedinem, eandem & nos percipere mereamur. Qui vivis &c.

XVIII. Maji. S. Venantii Mart.

DEUS, qui hunc diem Beati Venantii Mart: tui triumpho consecrâsti, exaudi preces populi tui & præsta; ut qui ejus merita veneramur, fidei constantiam imitemur. Per Domin.

S. Felicis à Cantalicio Conf.

DEUS, qui Beatum Felicem Confes. tuum Evangelica simplicitate, vitæq; innôcentiâ in

Ecclesia tua clarescere voluisti; fac nos ejus exemplis eruditos, & suffragiis adjutos, ad Christum JESUM, quem ipse in terris inter ulnas accepit, feliciter pervenire. Qui tecum &c.

S. Erici Reg: Mart: P. R. S.

DEUS, qui Beato Erico Regi & Martyr: tuo victoriæ palmam, & Cœlestis Regni gloriam contulisti: fac nos, quæsumus, ejus meritis & intercessione, cuncta nobis adversantia vincere, & coronam gloriæ in Cœlis feliciter obtinere. Per Dominum &c.

XIX. Maji. S. Petri Cœlestini Pap: Conf.

DEUS, qui Beatum Petrum Cœlestinum ad summi Pontificatûs apicem sublimasti, quiq; illum humilitati postponere docuisti: concede propitius, ut ejus exemplô cuncta mundi despicere, & ad promissa humilibus præmia pervenire feliciter mereamur. Per Dominum &c.

XX. Maji. S. Bernardini Senensis Conf.

DOmine JESU, qui Beato Bernardino Confess: tuo eximium Sancti Nominis tui amorem tribuisti: ejus quæsumus meritis & intercessione spiritum nobis tuæ dilectionis benignus infunde. Qui vivis, &c.

XXV. Maji. S. Gregorii VII. Pap: Conf.

DEUS in te sperantium fortitudo, qui Beatum Gregorium Conf. tuum atq; Pont: pro tuenda Ecclesiæ libertate, virtute constantiæ roborâsti: da nobis ejus exemplô, & intercessione omnia adversantia fortiter superare. Per Dominum nostrum &c.

S. Ur-

S. Urbani Pap. Mart.

DA, quæſumus, Omnipotens DEUS, ut, qui Beati Urbani Mart: tui atq; Pont: ſolemnia colimus, ejus apud te interceſſionibus adjuvemur. Per Dominum &c.

XXVI. Maji. S. Philippi Nerii Conf.

DEUS, qui Beatum Philippum Conf. tuum Sanctorum tuorum gloriâ ſublimâſti: concede propitius, ut cujus ſolemnitate lætamur, ejus virtutum proficiamus exemplô. Per Dominum noſtrum &c.

XXVII. Maji. S. Mariæ Magdalenæ de Paz: V.

DEUS Virginitatis amator, qui Beatam Mariam Magdalenam Virg: tuo amore ſuccenſam Cœleſtibûs donîs decorâſti: da, ut quam feſtiva celebritate veneramur, puritate & charitate imitemur. Per Dominum &c.

S. Ferdinandi III. Caſtellæ Reg.

DEUS, qui Beato Ferdinando præliari prælia tua, & fidei inimicos ſuperare dediſti: concede: ut ejus nos interceſſione muniti, ab hoſtibus mentis & Corporis liberemur. Per Dõ.

JUNIUS.

II. Jun: S. Eraſmi Epiſc: Mart: P. R. P.

DEUS, cujus virtute B. Eraſmus M. & Pont: multa tormentorum genera ſuperavit, fac

nos, quæsumus, ejus intercessione universas insidias inimicorum visibilium & invisibilium, cum gaudio superare, in Christo bonis operibûs abundare. Per Dominum &c.

VI. Jun: S. Norberti Episc: Mart.

DEUS, qui Beatum Norbertum Conf. tuum, atq; Pontif: verbi tui præconem eximium effecisti, & per eum Ecclesiam tuam nova prole fœcundâsti: præsta quæsumus: ut ejusdem suffragantibûs meritis, quod ore simul & opere docuit, te adjuvante exercere valeamus. Per:

IX. Jun: SS. Primi & Feliciani MM.

FAc nos, quæsumus Domine, SS. Mart: tuorum Primi & Feliciani semper festa sectari: quorum suffragiis protectionis tuæ dona sentiamus. Per Dominum &c.

X Jun: S. Margaritæ Scotorum Reg.

DEUS, qui B. Margaritam Scotorum Reginam eximia in pauperes charitate mirabilem effecisti: da, ut ejus intercessione & exempló, tua in cordibus nostris charitas jugiter augeatur. Per Dominum &c.

XII. Jun: S. Joannis à S. Facundo Conf.

DEUS, auctor pacis, & amator charitatis, qui B. Joannem Conf. tuum mirificâ dissidentes componendi gratiâ decorâsti: ejus meritis & intercessione concede; ut in tua charitate firmati, nullîs à te tentationibus separemur. Per D.

SS. Basilidis &c. Mart.

SAnctorum Martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atq; Nazarii quæsumus Domine,

ne, natalitiâ nobis votiva resplendeant: & quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostræ devotionis accrescat. Per Dom. &c.

XIII Jun: S. Antonii de Padva Conf.

ECclesiam tuam DEUS, B. Antonii Conf. tui solemnitas votiva lætificet ut spiritualbus semper muniamur auxiliis, & gaudiis perfrui mereamur æternis. Per Dominum &c.

XV. Jun: SS. Viti &c. Mart.

DA Ecclesiæ tuæ quæsumus, Domine, SS. Mart: tuis Vitô, Modestô, atq; crescentiâ intercedentibûs, superbè non sapere, sed tibi placita humilitate proficere: ut pravâ despiciens, quæcunq; recta sunt, libera exerceat charitate. Per.

XVI. Jun: S. Bennonis Ep: Conf. P. R. P.

DEUS, qui nos B. Bennonis Pont: confessione gloriosa circumdas, & protegis: da nobis, & ejus imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Dominum &c.

XVIII. Jun: SS. Marci & Marcelliani MM.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens DEUS: ut qui SS. Mart: tuorum Marci & Marcelliani natalitia colimus; à cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Domin:

XXI. Jun: S. Aloysii Gonzaga Conf.

CÆlestium donorum distributor DEUS, qui in Angelico Juvene Aloysio miram vitæ innocentiam pari cum pœnitentia sociâsti; ejus meritis & precibûs concede, ut innocentem non secuti, pœnitentem imitemur. Per Dominum.

XXII. Jun: S. Æschili Episc: Mart.

DEUS, qui B. Æſchilum Pont: tuum pro fidei dilatatione, Martyrium ſubire voluiſti, præſta, quæſumus: ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitionis ſuæ ſalutarem conſequantur effectum. Per Dominum &c.

XXIII. Jun: Vigilia S. Joannis Bapt.

DEUS, qui præſentem diem honorabilem nobis in B. Joannis Nativitate feciſti: da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudiorum; & omnium fidelium mentes dirige in viam ſalutis æternæ. Per Dominum &c.

XXV. Jun: Gvilielmi Abb.

DEUS, qui infirmitati noſtræ ad terendam ſalutis viam in Sanctis tuis exemplum, & præſidium collocâſti; da nobis ita B. Gvilielmi Abbatis merita venerari, ut ejuſdem excipiamus ſuffragia, & veſtigia proſequamur. Per Dom.

XXVI. Jun: SS. Joannis & Pauli MM.

QUæſumus Omnipotens DEUS, ut nos geminata lætitia hodiernæ feſtivitatis excipiat, quæ de BB. Joannis & Pauli glorificatione procedit, quos eadem fides & paſſio verè fecit eſſe germanos. Per Dominum &c.

XXVIII. Jun: S. Leonis Pap: Conf.

DEUS, qui Beatum Leonem Pont: Sanctorum meritis coequâſti: concede propitius: ut qui commemorationis ejus feſta percolimus, vitæ quoq; imitemur exempla. Per Dominum &c.

Vigilia SS. Petri & Pauli Apoſt.

PRæſta, quæſumus, Omnipotens DEUS, ut nullis nos permittas perturbationibus concuti,

ti, quos in Apostolicæ confessionis petra solidâsti. Per Dominum &c.

Dom: prox: post Oct: SS. Petri & Pauli.

SS. Patronorum Regni Sveciæ.

INfirmitatem nostram, quæsumus Domine, propitius respice: & mala omnia, quæ pro peccatis nostris juste meremur, Sanctorum tuorum hujus Regni Patronorum intercessione clementer averte. Per Dominum &c.

J U L I U S.

Dominica III. Julii SS. Redemptoris.

DEUS, qui Unigenitum tuum mundi Redemptorem constituisti, & per eum devicta morte nos misericorditer ad vitam reparâsti: concede, ut hæc beneficia recolentes, tibi perpetua charitate adhærere, & ejusdem Redemptionis fructum percipere mereamur. Per eundem.

II. Jul: Visitatio B. V. MARIÆ.

FAmulis tuis, quæsumus Domine, Cœlestis gratiæ munus impertire: ut quibus B. V. partus exstitit salutis exordium Visitationis ejus votiva solemnitas, pacis tribuat incrementum. Per D.

SS. Processi & Martiniani Mart.

DEUS, qui nos Sanctorum Martyrum tuorum Processi & Martiniani gloriosis confessionibus circumdas & protegis: da nobis & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Dominum &c.

IV. Jul: Octava SS. Petri & Pauli.

DEUS, cujus dextera B. Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit; & Co-

apostolum ejus Paulum, tertio naufragantem, de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis æternitatis gloriam consequamur. Per Dominum &c.

VIII. Jul: S. Elisabeth Reg: Portug: Vid.

CLementissime DEUS, qui B. Elisabeth Reginam, inter cæteras egregias dotes, bellici furoris sedandi prærogativâ decorâsti; da nobis ejus intercessione, post mortalis vitæ, quam suppliciter petimus, pacem, ad æterna gaudia pervenire. Per Dominum &c.

IX. Jul: BB. MM. Gorçoniensium.

DEUS, qui BB. MM. tuorum Nicolai & Sociorum ejus gloriosum pro fide tua certamen æternitatis laureâ decorâsti, concede propitius, ut eorum meritis, & imitatione certantes in terris, coronari mereamur in Cælis. Per Dominum &c.

X. Jul: SS. 7. Fratrum ac Rufinæ &c. MM.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut qui gloriosos Martyres, fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum &c.

SS. Naboris & Felicis MM.

PRæsta, quæsumus, Domine, ut sicut nos SS. MM. tuorum Naboris & Felicis Natalitia celebranda non deserunt, ita jugiter suffragiis comitentur. Per Dominum &c.

XV. Jul: S. Henrici Imp: Conf.

DEUS, qui hodierna die B. Henricum Conf. tuum, e terreni culmine Imperii ad Regnum

æternum

æternum transtulisti, te supplices exoramus, ut sicut illum gratiæ tuæ ubertate præventum, illecebras sæculi superare fecisti, ita nos facias ejus imitatione, mundi hujus blandimenta vitare, & ad te puris mentibûs pervenire. Per D.

Divisio SS. Apostolorum.

DEUS, qui Ecclesiam tuam distributam per orbem terrarum SS. Apostolorum prædicatione fundâsti, concede propitius, ut quorum hodierna die sub una celebritate recolimus insignia, eorum in cunctis necessitatibus nostris experiamur suffragia. Per Dominum &c.

XVI. Jul: B. V. M. de Monte Carmelo.

DEUS, qui Beatissimæ Virginis & Genitricis tuæ MARIÆ singulari titulô Carmeli Ordinem decorâsti: concede propitius, ut cujus hodie commemorationem Solemni celebramus officiô, ejus muniti præsidiis, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Qui vivis &c.

XVII. Jul: S. Alexii Conf.

DEUS, qui B. Alexium Conf. tuum in mundi contemptu mirabilem effecisti: præsta quæsumus, ut intercessionis ejus auxiliô Fideles tui terrena despiciant, & ad Cœlestia semper aspirent. Per Dominum &c.

S. Symphorosæ &c. Mart.

DEUS, qui non concedis SS. MM. tuorũ Symphorosæ & Filiorum ejus natalitia colere, da nobis, in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum &c.

XIX. Jul: S. Vincentii à Paulo Conf.

DEUS,

DEUS, qui ad Evangelizandum pauperibus, & Ecclesiastici Ordinis decorem promovendum, B. Vincentium Apostolica virtute roborâsti: præsta quæsumus: ut cujus pia merita veneramur, virtutum quoq; instruamur exemplis. Per Dominum &c.

B. Ceslai Conf: P. R. P.

DEUS, qui B. Ceslaum Virgineo morum candore præditum, & salutis animarum Zelô succensum in diversis Nationum populis operũ sanctitate, & fidei propagatione mirabilem effecisti, præsta quæsumus; ut ejus intercessione simus semper in fide stabiles, & ad te, qui solus es salutis æternæ auctor ac largitor, misericordiæ tuæ munere pervenire valeamus. Per D.

XXII. Jul: S. Mariæ Magdalenæ.

BEatæ Mariæ Magdalenæ quæsumus Domine, suffragiis adjuvemur; cujus precibus exoratus, quatriduanum fratrem Lazarum vivum ab inferis resuscitasti. Qui vivis &c.

XXIII. Jul: S. Apollinaris Episc: M.

DEUS, fidelium remunerator animarum, qui hunc diem Beati Apollinaris Sacerdotis tui Martyrio consecrâsti: tribue nobis, quæsumus, famulis tuis: ut, cujus venerandam celebramus festivitatem, precibus ejus indulgentiam consequamur. Per Dominum &c.

XXVII. Jul: S. Annæ Matr: B. V. M.

DEUS, qui B. Annæ gratiam conferre dignatus es, ut Genitricis Unigeniti Filii tui Mater effici mereretur: concede propitius, ut, cujus

jus solemnia celebramus, ejus apud te patrociniis adjuvemur. Per Dominum &c.

XXVIII. Jul: SS. Nazarii &c. MM.

SAnctorum tuorũ nos, Domine, Nazarii, Celsi, Victoris, & Innocentii confessio communiat, & fragilitati nostræ subsidium dignanter exoret. Per Dominum &c.

S. Botvidi Mart: P. R. S.

COrdibus nostris, quæsumus Domine, veræ fidei splendor illuceat: & B. Botuidi M. tui salutaris intercessio ab instantibus periculis nos defendat. Per Dominum &c.

XXIX. Jul: S. Olavi R. M. P. R. S.

DEUS, qui es Regum Corona, & Martyrum victoria, tribue nobis, quæsumus, B. Olavi R. & M. tui pia apud te experiri patrocinia: ut per tuam, quam in ejus passione glorificamus, magnificentiam, coronam vitæ diligentibꝰ te, percipiamus repromissam. Per Dominum.

SS. Felicis, &c. MM.

PRæsta, quæsumus Domine, ut sicut populus Christianus MM. tuorum Felicis, Simplicii, Faustini, & Beatricis temporali solemnitate congaudet, ita perfruatur æternâ; & quod votis celebrat, comprehendat effectû. Per Dominũ.

XXX. Jul: SS. Abdon & Senen MM.

DEUS, qui Sanctis tuis Abdon & Senen ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratiæ contulisti: da famulis tuis suorum veniam peccatorum, ut Sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur adversitatibus liberari. Per Dominum &c.

XXXI. Jul: S. Ignatii Conf.

DEUS, qui ad majorem tui Nominis gloriam propagandam, novô per B. Ignatium subsidio militantem Ecclesiam roborâsti: concede, ut ejus auxiliô, & imitatione certantes in terris coronari cum ipso mereamur in Cœlis. Per D.

S. Helenæ Vid: Mart: P. R. S.

LArgire nobis quæsumus, clementissime DEUS, intercessione B. Helenæ M. tuæ veniam nostrorum peccatorum; & quos ejus concedis solemniis gloriari, da ejus precibûs gloriosîs Cœlitûs adjuvari. Per Dominum &c.

AUGUSTUS.

I. Aug: S. Petri ad vincula.

DEUS, qui B. Petrum Apostolum, à vinculis absolutum illæsum abire fecisti: nostrorum quæsumus absolve vincula peccatorum, & omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per Domin.

SS. MM. Machabeorum.

FRaterna nos Domine, Mart: tuorum corona lætificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragiô cōsoletur. Per Dominum &c.

S. Catharinæ Vast: P. R. S.

DEUS, qui Ecclesiam tuam B. Catharinæ præclaris decoras meritis, & gloriosis; lætificas miraculis: concede nobis famulis tuis; ut ejus exemplis in meliùs reformemur, & ab omnibus adversis ejus patrociniô protegamur. Per D.

III.

III. Aug: Inventio S. Stephani Protomartyr.

DA, nobis, quæsumus Domine, imitari, quod colimus, ut discamus & inimicos diligere; quia ejus inventionem celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit, &c.

IV. Aug: S. Dominici Conf.

DEUS, qui Ecclesiam tuam B. Dominici Conf. tui illuminare dignatus es, meritis & doctrinis; concede, ut ejus intercessione, temporalibꝰ non destituatur auxiliis, & spiritualibûs semper proficiat incrementis. Per Dominum &c.

V. Aug: S. MARIÆ ad Nives.

Concede nos &c. *Ut in Offic: B. V. M. p. 129.*

VI. Aug: Transfiguratio D. N. J. C.

DEUS, qui fidei Sacramenta in Unigeniti tui gloriosa Transfiguratione Patrum testimoniô roborâsti, & adoptionem filiorum perfectam, voce delapsa in nube lucida, mirabiliter præsignasti: concede propitius; ut ipsius Regis gloriæ nos cohæredes efficias, & ejusdem gloriæ tribuas esse consortes. Per Dominum &c.

VII. Aug: S. Cajetani Conf.

DEUS, qui B. Cajetano Conf tuo Apostolicam vivendi formam imitari tribuisti, da nobis ejus intercessione & exemplo, in te semper confidere, & sola Cœlestia desiderare. Per Dom.

S. Donati Episc: Mart.

DEUS tuorum gloria Sacerdotum, præsta, quæsumus, ut S. M. tui, & Ep: Donati, cujus festa gerimus, sentiamus auxilium. Per Dom.

VIII. Aug: SS. Cyriaci &c. MM.

DEUS, qui nos annuâ SS. MM. tuorum Cyriaci, Largi, & Smaragdi solemnitate lætificas, concede propitius: ut quorum natalitia colimus, virtutem quoq; passionis imitemur. Per Dom.

IX. Aug: Vigilia S. Laurentii Mart:

ADesto Domine supplicationibus nostris, & intercessione B. Laurentii M. tui, cujus prævenimus festivitatem, perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per Dominum &c.

X. Aug: S. Laurentii Mart.

DA nobis, quæsumus, Domine, vitiorum nostrorum flammas extingvere: qui B. Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominum &c.

XI. Aug: SS. Tiburtii &c. MM.

SAnctorum MM. tuorum Tiburtii & Susannæ nos Domine, foveant continuata præsidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxiliis concesseris adjuvari. Per Dominum &c.

SS. Hyppoliti &c. MM.

DA, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut BB. MM. tuorum Hyppoliti & Cassiani veneranda Solemnitas, & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum &c.

XIII. Aug: Vigilia Assumpt. B. M. V.

DEUS, qui Virginalem aulam B. M. in quâ habitares, eligere dignatus es, da, quæsumus; ut sua nos defensione munitos, jucundos facias suæ interesse festivitati. Per Dominum &c.

XV. Aug: Assumpt: B. M. V.

Famus.

FAmulorum tuorum, quæsumus, Domine, delictis ignosce: ut, qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Qui tecum vivit, &c.

Translatio S. Casimiri Conf. P. R. P.

DEUS, qui B. Casimirum de mundi & carnis victoria triumphantem, à terreno ad Cœleste Regnum transtulisti, da, quæsumus, ut, qui ejus hodie memoriam Translationis agimus, ejusdem semper in adversitatibus experiamur suffragia. Per Dominum &c.

S. Rochi Conf. P. R. P.

DEUS, qui es gloriosus in gloria Sanctorum, qui cunctis ad eorum patrocinia confugientibus suæ petitionis salutarem præstas effectum, conce plebi tuæ; ut intercedente B. Rocho Conf: tuo, quæ in ejus commemoratione se devotam exhibet, à langvore epidemiæ, quam in suo corpore pro tui Nominis gloria passus est, fit libera, & tuo Nomini semper sit devota. Per:

XVII. Aug: Octava S. Laurentii Mart.

EXcita Domine in Ecclesia tua spiritum, cui B. Laurentius Levita servivit; ut eodem nos repleti studeamus amare, quod amavit, & opere exercere, quod docuit. Per Dominum &c.

XVIII. Aug: S. Agapiti Mart.

LÆtetur Ecclesia tua, DEUS, B. Agapiti M. tui confisa suffragiis, atq; ejus precibus gloriosis,

riosis, & devota permaneat, & secura consistat. Per Dominum &c.

XXII. Aug: S. Timothei &c. MM.

AUxilium tuum nobis, Domine, quæsumus, placatus impende: & intercedentibus BB. MM. tuis Timotheo, Hipolytho, & Simphoriano, dexterā super nos tuæ propitiationis extende. Per:

XXIII. Aug: S. Philippi Benitii Conf.

DEUS, qui per B Philippum Conf. tuum eximium nobis humilitatis exemplum tribuisti, da famulis tuis prospera mundi ex ejus imitatione despicere, & Cœlestia semper inquirere. Per Dominum &c.

XXIV. Aug: S. Bartholomæi Apost.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui hujus diei venerandam, Sanctamq; lætitiam, in B. Apostoli tui Bartholomæi festivitate tribuisti, da Ecclesiæ tuæ amare, quod credidit, & prædicare, quod docuit. Per Dominum &c.

XXV. Aug: S. Ludovici Conf.

DEUS, qui B. Ludovicum Conf. tuum, de terreno regno, ad Cœlestis Regni gloriam transtulisti: ejus, quæsumus, meritis & intercessione, Regis Regum JESU Christi Fili tui facias nos esse consortes. Qui tecum &c.

XXVI. Aug: S. Zephyrini Pap: & Mart.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut B. Zephyrini M. tui atq; Pont: cujus gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum

XXVIII. Aug: S. Augustini Ep. C. E. D.

ADesto supplicationibus nostris Omnipotens

DEUS,

DEUS, & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges intercedente B. Auguſtino Confeſ. tuo atq; Pont: conſvetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum &c.

S. Hermetis Mart.

DEUS, qui B. Hermetem M. tuum, virtute conſtantiæ in Paſſione roboraſti: ex ejus nobis imitatione tribue, pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla ejus adverſa formidare. Per Dominum &c.

XXIX. Aug: Decollatio S. Joannis Bapt.

SAncti Joannis Baptiſtæ, Præcurſoris & Mart: tui, quæſumus Domine, veneranda feſtivitas, ſalutaris auxilii nobis præſtet effectum. Qui:

XXX. Aug: SS. Felicis &c. MM.

MAjeſtatem tuam Domine ſupplices exoramus, ut, ſicut nos jugiter Sanctorum commemoratione lætificas, ita ſemper ſupplicatione defendas. Per Dominum &c.

S. Raymundi Nonnati Conf.

DEUS, qui in liberandis fidelibus tuis ab impiorum captivitate B. Raymundum Nonnatum, Conf. tuum mirabilem effeciſti, ejus nobis interceſſione concede, ut, à peccatorum vinculis abſoluti, quæ tibi ſunt placita, liberis mentibus exequamur. Per Dominum &c.

SEPTEMBER.

SS. 12. Fratrum MM.

FRaterna nos Domine, MM. tuorum Corona lætificet: quæ & fidei noſtræ præbeat incre-

menta

menta virtutum, & multiplici nos suffragio cō-soletur. Per Dominum &c.

Dominica I. Sept: Festum Reliquiarum Diac: Warm: & Sambien.

PRopitiare, quæsumus, Domine, nobis famulis tuis per gloriosa merita BB. MM. tuorū atq; Pont: quorum Reliquiæ in hac continentur Ecclesia, ut eorum pia intercessione ab omnibus semper protegamur adversis. Per Dominum.

Dominica III. Sept: Septem Dolorum B. V. M.

DEUS, in cujus Passione secundùm Simeonis prophetiam, dulcissimam animam gloriosæ Virg: & Matris MARIÆ doloris gladius pertransivit, concede propitius, ut, qui dolores ejus venerando recolimus, passionis tuæ effectum felicem consequamur. Per Dominum &c.

II. Sept. S. Stephani Hung: Reg.

COncede, quæsumus, Ecclesiæ tuæ Omnipotēs DEUS, ut B. Stephanum Conf. tuum, quem regnantem in terris propagatorem habuit, propugnatorem habere mereatur gloriosum in Cœlis. Per Dominum &c.

S. Gorgonii Mart.

SAnctus tuus Domine, Gorgonius sua nos intercessione lætificet, & pia faciat Solemnitate gaudere. Per Dominum &c.

Dominica infra Octavam Nativit: B. M. V. SS. Nominis B. M. V.

COncede, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut fideles tui, qui sub Ssmæ V. M. Nomine, & protectione lætantur, ejus pia intercessione, à cunctis

cünctis malis liberentur in terris, & ad gaudia æterna pervenire mereantur in Cœlis. Per D.

SS. Proti & Hyacinthi MM.

BEatorum tuorum Proti & Hyacinthi nos Domine foveat pretiosa confessio, & pia jugiter intercessio tueatur. Per Dominum &c.

XIV. Sept: Exaltatio S. Crucis.

DEUS, qui nos hodierna die Exaltationis S. Crucis annua Solemnitate lætificas, præsta quæsumus; ut cujus Mysterium in terra cognovimus, ejus Redemptionis præmia in Cælo mereamur. Per Dominum &c.

XV. Sept: S. Nicomedis Mart.

ADesto Domine populo tuo: ut B. Nicomedis M. tui merita præclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semper ejus patrociniis adjuvetur. Per Dominum &c.

SS. Euphemia &c. MM.

PRæsta Domine, precibus nostris cum exultatione proventum; ut SS. MM. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani, quorum diem Passionis annua devotione recolimus, etiam fidei constantia subsequamur. Per Dominum &c.

Impressio Stigmatum S. Francisci.

DOmine JESU Christe, qui frigescente mundo ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in Carne Bssimi Francisci, Passionis tuæ sacra Stigmata renovasti, concede propitius; ut ejus meritis & precibus Crucem jugiter feramus, & dignos fructûs pœnitentiæ faciamus. Per D.

XVIII. Sept: S. Thomæ de Villanov: E. C.

DEUS, qui B. Thomam Pont: insignis in pauperes misericordiæ virtute decorasti, quæsumus; ut ejus intercessione in omnes, qui te deprecantur, divitias misericordiæ benignus effundas. Per Dominum &c.

XXI. Sept: S. Matthæi Apost.

BEati Apost: & Evang: Matthæi, Domine precibus adjuvemur; ut, quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Per Dominum &c.

Dominicâ proximâ post S. Matthæum.

Reliquiarum Upsalensium.

PRopitiare, quæsumus, Domine, famulis tuis, per merita gloriosæ Virg: M. & BB. MM. Laurentii, Erici, & omnium Sanctorum tuorum, quorum Reliquiæ in hac continentur Ecclesia, ut eorum pia intercessione, ab omnibus semper protegamur adversis. Per Dominum &c.

XXII. Sept: SS. Mauritii &c. MM.

ANnue, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut SS. MM. tuorum Mauritii & Soc: ejus, nos lætificet festiva Solemnitas, ut, quorum suffragiis nitimur, eorum Natalitiis gloriemur. Per Dom.

S. Theclæ Virg: & Mart.

DA, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut, qui B. Theclæ V. & M. tuæ Natalitia colimus, & annua solemnitate lætemur, & tantæ fidei proficiamus exemplô. Per Dominum &c.

XXIV. Sept: B. V. M. de Mercede.

DEUS, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem ad liberandos Christi fideles à potestate Paganorum,

norum, nova Ecclesiam tuam Prole amplificare dignatus es; præsta, quæsumus; ut quam piè veneramur tanti operis Institutricem, ejus pariter meritis & intercessione, à peccatis omnibus, & captivitate dæmonis liberemur. Per Dominū.

SS. Thyrsi, Palmatii, &c. MM. in Diæc: Vlad.

XXVI. Sept: SS. Cypriani & Julianæ MM.

BEatorum MM. Cypriani & Julianæ nos Domine foveant continuata præsidia; quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxiliis concesseris adjuvari. Per Dominum &c.

B. Josaphat Archiep: P. R. P.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui B. Josaphat palmâ Martyrii condecorando, Ecclesiæ Catholicæ novum apud te intercessorem providisti, quæsumus, ut ejus meritîs & auxilio, à malis omnibus liberati, tuo Nomini studiosiùs serviamus. Per Dominum &c.

XXVII. Sept: Transl: S. Stanislai Ep. M. P. R. P. Ut in Festo ejusdem.

SS. Cosmæ & Damiani MM.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut qui SS. MM. tuorum Cosmæ & Damiani Natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus eorū intercessionibus liberemur. Per Dominum &c.

XXVIII. Sept: S. Venceslai Ducis & M.

DEUS, qui B. Venceslaum per Martyrii palmâ à terreno Principatu ad Cœlestem gloriam transtulisti: ejus precibûs nos ab omni adversitate custodi, & ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dominum &c.

XXIX. Sept: Dedicatio S. Michaelis Arch.

DEUS, qui miro ordine, Angelorum ministeria, hominumq; dispensas, concede propitius, ut à quibus tibi ministrantibus in Cœlis sẽper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dominum &c.

XXX. *Sept: S. Hieronymi Conf. E. D.*

DEUS, qui Ecclesiæ tuæ in exponendis Sacris Scripturis B. Hieronymum Conf. tuum, Doctorem maximum providere dignatus es, præsta, quæsumus; ut ejus suffragantibûs meritis, quod ore simul & opere docuit, te adjuvante exercere valeamus. Per Dominum &c.

OCTOBER.

Dominicâ 1mâ Octobris Ss. Rosarii B. V. M.

DEUS, cujus Unigenitus per vitam, mortem, & Resurrectionem suam, nobis salutis æternæ præmia comparavit, concede, quæsumus; ut hæc mysteria Ssmô B. V. M. Rosariô recolentes, & imitemur quod continent, & quod promittunt assequamur. Per eundem Dominum &c.

II. Oct: SS. Angelorum Custod.

DEUS, qui ineffabili Providentiâ SS. Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris, largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æterna Societate gaudere. P:

IV. Oct: S. Francisci Conf.

DEUS, qui Ecclesiam tuã B. Francisci meritis, fætu novæ Prolis amplificas; tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere, & Cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per D.

VI. Oct: S. Brunonis Conf.

SAncti Brunonis Conf. tui, quæſumus, Domine, intercesſionibûs adjuvemur; ut, qui Majeſtatem tuam graviter delinquendo offendimus, ejus meritis & precibûs noſtrorũ delictorum veniam conſequamur. Per Dominum &c.

Translatio S. Æſchili Ep. M. P. R. S.

Ut in Feſto 22. Junii.

VII. Oct: S. Brigittæ Vid: P. R. S.

DOmine DEUS noſter, qui B. Brigittæ per Filium tuum Unigenitum ſecreta Cœleſtia revelaſti, ipſius pia intercesſione da nobis famulis tuis, in revelatione ſempiternæ gloriæ tuæ gaudere lætantes. Per Dominum &c.

S. Marci Papæ Conf.

EXaudi Domine preces noſtras, & interveniẽte B. Marco Conf. tuo atq; Pont: indulgentiã nobis tribue placatus & pacem. Per Dominum.

SS. Sergii &c. MM.

SAnctorum tuorum nos Domine, Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apuleji, beata merita proſequantur, & tuo ſemper faciant amore ferventes. Per:

IX. Oct: SS. Dioniſii &c. MM.

DEUS, qui hodierna die B. Dioniſium M. tuũ atq; Pont: virtute conſtantiæ in Pasſione roboraſti, quiq; illi ad prædicandum Gentibus gloriã tuam Ruſticum & Eleutherium ſociare dignatus es; tribue nobis quæſumus; eorum imitatione, pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla ejus adverſa formidare. Per Dominum &c.

X. Oct. S. Franciſci Borgiæ Conf.

Domi-

DOmine JESU Christe, veræ humilitatis & exemplar & præmium; quæsumus, ut, sicut B. Franciscum in terreni honoris contemptu imitatorem tui gloriosum effecisti, ita nos ejusdem imitationis. & gloriæ tribuas esse cõsortes. Qui:

S. Ludovici Bertrandi Conf.

DEUS, qui B. Ludovicum Conf: tuum per corporis mortificationem, & fidei præconiũ, Sanctorum gloriæ coæquasti; præsta, ut quod fide profitemur, pietatis operibûs jugiter impleamus. Per Dominum &c.

Gratiarum Actio pro Victoria ex Turcis.

DEUS, qui in súmis Regni nostri periculis antiqua brachii tui miracula renovasti; suscipe gratiarum actiones exultantium populorum, & quibus tanti gaudii causam præstitisti, perpetuæ fructum concede lætitiæ. Per Dominum &c.

XIII. Oct: S. Edvardi Reg: Conf.

DEUS, qui B. Edvardum Conf. tuum æternitatis gloriâ coronasti, fac nos quæsumus, ita eum venerari in terris, ut cum eo regnare possimus in Cœlis. Per Dominum &c.

XIV. Oct: S. Callisti Papæ Mart.

DEUS, qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere, ad amorem tuum nos misericorditer per Sanctorum tuorũ exempla restaura. Per D.

XV. Oct: S. Theressiæ V.

EXaudi nos DEUS Salutaris noster; ut sicut de B. Teressiæ V. tuæ festivitate gaudemus, ita Cœlestis ejus doctrinæ pabulo nutriamur, & piæ devotionis erudiamur affectû. Per Dominum.

S. Hedvi-

S. Hedvigis Vid: P. R. P.

DEUS gratiæ dator & gloriæ, tuæ nobis propitius sinum pietatis aperi; ut, qui manentẽ Civitatem hic non habemus, ad futuram, quam quærimus, B. Heduigis interveniente suffragio perducamur. Per Dominum &c.

XVI. Oct: S. Brunonis Ep: M. Apost. Prus.

MIsericordissime Deus, pro cujus fidei propagatione S. Bruno E. & M. in his terris sangvinem liberaliter effudit, miserere animarũ populi tui, easq; à culpis ac pœnis liberas, in SS. tuorũ numerum misericordissimè inseras. Per Dominũ.

XVIII. Oct: S. Lucæ Evang.

INterveniat pro nobis, quæsumus, Domine, S. tuus Lucas Evang: qui crucis mortificationem jugiter in suo Corpore, pro tui Nominis honore portavit. Per Dominum &c.

XIX. Oct: S. Petri de Alcantara Conf.

DEUS, qui B. Petrum Conf. tuum admirabilis pœnitentiæ, & altissimæ contemplationis munere illustrare dignatus es, da nobis, quæsumus: ut ejus suffragantibûs meritis, carne mortificati faciliùs Cœlestia capiamus. Per Dominum &c.

XXIII. Oct. S. Joannis à Capistr: Conf. P. R. P.

DEUS, qui Ecclesiam tuam B. Joannis à Capistrano meritis & doctrinis mirabiliter sublimasti, & per eundẽ de perfidis Tyrannis in virtute Ssmi Nominis JESU, fideles tuos triumphare fecisti; præsta, quæsumus; ut de inimicis nostris, ejus intercessione prævalentes in terris, præmiari cum ipso mereamur in Cœlis. Qui vivis, &c.

XXIV.

XXIV. Oct. S. Raphaelis Archang.

DEUS, qui B. Raphaelem Arch: Tobiæ famulo tuo comitem dedisti in via, concede nobis famulis tuis, ut ejusdem semper protegamur custodiâ, & muniamur auxiliô. Per Dominum.

XXV. Oct: SS. Gavini &c. MM.

DEUS, qui per BB. MM. tuos Gavinũ, Protum, & Januarium Ecclesiam tuam mirabiliter illustrare dignatus es, concede nobis famulis tuis; ut, quos Patronos veneramur in terris intercessores habere mereamur in Cœlis. Per Dominũ.

SS. Chrysanthi & Dariæ MM.

BEatorum MM. tuorum Domine, Chrysanthi, & Dariæ, quæsumus, adsit nobis oratio; ut, quos veneramur obsequio, eorum pium jugiter experiamur auxilium. Per Dominum &c.

XXVII. Oct: Vigilia SS. Simonis &c.

COncede, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut, sicut Apostolorũ tuorũ Simonis & Judæ gloriosa Natalitia prævenimus, sic ad tua beneficia promerenda, Majestatem tuam pro nobis ipsi præveniant. Per Dominum &c.

XXXI. Oct: Vigilia OO. Sanctorum.

DOmine DEUS noster, multiplica super nos gratiam tuam: ut, quorum prævenimus gloriosa solemnia, tribue subsequi in sancta Professione lætitiam. Per Dominum &c.

S. Wolfgangi Episc: Conf.

DEUS, qui nobis æternæ salutis B. Wolfgangũ Ep: & Ministrum tribuisti, præsta, quæsumꝰ: ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in Cœlis. Per D.



N O V E M B E R.

Dominicâ deſignandâ. Patrocinii B. V. M.
Ut in Feſto ad Nives. 5ta Auguſti.

S. Ildephonſi Archiep. Toletani Conf.

DEUS, qui per glorioſiſſimam Filii tui Matrem B. Ildephonſum Conf. tuum atq; Pont: miſſo de theſauris Cœleſtibus munere decoraſti; concede propitius, ut per ejus preces & merita, munera capiamus æterna. Per Dominum &c.

I. Nov: Omnium Sanctorum.

OMnipotens ſempiterne DEUS, qui nos omniũ SSrum tuorum merita ſub una tribuiſti celebritate venerari, quæſumus, ut deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribûs largiris. Per Dominum &c.

II. Nov: Comm: OO. Fidelium Defunct.

FIdelium DEUS, omnium Conditor & Redemptor animabus famulorum famularũq; tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibûs conſequantur. Qui vivis &c.

IV. Nov: S. Caroli Epiſc: Conf.

ECcleſiam tuam Domine, S. Caroli Conf. tui atq; Pont: continua protectione cuſtodi; ut, ſicut illum Paſtoralis ſollicitudo glorioſum reddidit, ita nos ejus interceſſio in tuo ſemper faciat amore ferventes. Per Dominum &c.

SS. Vitalis & Agricolæ MM.

PRæſta, quæſumus, Omnipotens DEUS; ut, qui SS. MM. tuorum Vitalis & Agricolæ ſolemnia

coli-

colimus, eorum apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum &c.

VII. Nov: SS. 4. Coronatorum MM.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut qui gloriosos MM. fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum &c.

S. Theodori Mart.

DEUS, qui nos Beati Theodori M. tui confessione gloriosa circumdas, & protegis, præsta nobis & ejus imitatione proficere, & oratione fulciri. Per Dominum &c.

X. Nov: S. Andreæ Avellini Conf.

DEUS, qui in corde B. Andreæ Conf. tui per arduũ quotidie in virtutibus proficiendi votum, admirabiles, ad te ascensiones disposuisti: concede nobis ipsius meritis & intercessione, ita ejusdem gratiæ participes fieri, ut perfectiora semper exequentes ad gloriæ tuæ fast g um feliciter perducamur. Per Dominum &c.

SS. Tryphonis &c. Martyr.

FAc nos, quæsumus Domine, SS. MM. tuorum Tryphonis, Respicii, & Nymphæ semper Festa sectari, quorum suffragiis protectionis tuæ dona sentiamus. Per Dominum &c.

XI. Nov: S. Martini Episc: Conf.

DEUS, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitius; ut intercessione B. Martini Conf. tui atq; Pont: contra omnia adversa muniamur. Per Dominum &c.

SS. Benedicti &c. MM. PP. R. P.

Sancto-

SAnctorum nos, quæsumus, Domine, MM. tuorum Benedicti, Joannis, Mathiæ, Isaaci atq; Christini gloriosa hodierna die trophæa lætificét, quatenus eorum interventione, ad illam perveniamus hæreditatem, in qua iidem felices Angelorum cætibus aggregati, tuæ semper Majestatis perfruuntur ineffabili charitate. Per Dominum.

XIII. Nov: S. Didaci Conf.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, ut fortia quæq, confundas, concede propitius humilitati nostræ, ut piis B. Didaci Conf. tui precibûs ad perennem in Cœlis gloriam sublimari mereamur. Per Dominum &c.

Dominicâ proximâ post diem XIII. Nov.

S. Stanislai Kostka Soc: JESU Conf. P. R. P.

DEUS, qui inter cætera sapientiæ tuæ miracula etiam in tenera ætate maturæ sanctitatis gratiā contulisti, da quæsumus, ut B. Stanislai exēplo, tempus instanter operando redimentes, in æternam ingredi requiem festinemus. Per Dom.

XIX. Nov: S. Elisabeth Viduæ.

TUorum corda fidelium DEUS, miserator illustra, & B. Elisabeth precibûs gloriosis fac nos prospera mundi despicere, & Cœlesti semper consolatione gaudere. Per Dominum &c.

XX. Nov: S. Felicis de Valleis Conf.

DEUS, qui B. Felicem Conf. tuum ex eremo ad munus redimendi captivos Cœlitus vocare dignatus es; præsta, quæsumus, ut per gratiam tuam ex peccatorum nostrorum captivitate, ejus

inter-

interceſſione liberati ad Cœleſtem patriam perducamur. Per Dominum &c.

XXI. Nov. Præſentatio B. V. M.

DEUS, qui B. Mariam ſemper Virg: Spiritûs S. habitaculum, hodierna die in Templo præſentari voluiſti, præſta, quæſumus; ut ejus interceſſione in Templo gloriæ tuæ præſentari mereamur. Per Dominum &c.

XXIII. Nov: S. Clementis Pap: M.

DEUS, qui nos annua Beati Clementis Mart: tui atq; Pontif. ſolemnitate lætificas, concede propitius; ut, cujus natalitia colimus, virtutem quoq; Paſſionis imitemur. Per Dominum noſtrum &c.

S. Felicitatis Mart.

PRæſta, quæſumus, Omnipotens DEUS, ut B. Felicitatis Mart: tuæ ſolemnia recenſentes, meritis ipſius protegamur & precibûs. Per Dominum noſtrum &c.

XXIV. Nov: S. Chryſogoni Mart.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, ut, qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus B: Chryſogoni Mart: tui interceſſione liberemur. Per Dominum &c.

S. Joannis à Cruce Conf.

DEUS, qui Sanctum Joannem Confeſ. tuum perfectæ ſui abnegationis, & Crucis amatorem eximium effeciſti; concede, ut ejus imitationi jugiter inhærentes, gloriam aſſequamur æternam. Per Dominum &c.

XXV. Nov: S. Gertrudis V.

DEUS,

DEUS, qui in corde Beatæ Gertrudis Virgin: jucundam tibi mansionem præparasti, ipsius meritis & intercessione cordis nostri maculas clementer absterge, & ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dominum &c.

S. Catharinæ V.

DEUS, qui dedisti legem Moysi in summitate Montis Sinai, & in eodem loco per Sanctos Angelos tuos Corpus Beatæ Catharinæ Virg. & M. tuæ mirabiliter collocâsti, præsta quæsumus; ut ejus meritîs & intercessione ad montem, qui Christus est, pervenire valeamus. Qui vivis, & regnas &c.

XXIX. Nov: S. Saturnini Mart.

DEUS, qui nos Beati Saturnini Martyr: tui concedis natalitiô perfrui ejus nos tribue meritîs adjuvari. Per Dominum &c.

Com: Vigil. S. Andreæ Apost.

QUæsumus Omnipotens DEUS, ut B. Andreas Apost: cujus prævenimus festivitatem, tuum pro nobis imploret auxilium: ut à nostris reatibus absoluti, à cunctis etiam periculis eruamur. Per Dominum &c.

DECEMBER.

II. Decemb: S. Bibianæ V. M.

DEUS, omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana cum Virginitatis flore Martyrii palmam conjunxisti: mentes nostras ejus intercessione tibi charitate conjunge, ut amotis pericu-

periculis præmia consequamur æternâ. Per Dominum nostrum &c.

III. Decembr: S. Francisci Xaverii Conf.

DEUS, qui Indiarum Gentes Beati Francisci prædicatione, & miraculis Ecclesiæ tuæ aggregare voluisti: concede propitius; ut, cujus gloriosa merita veneramur, virtutum quoquè imitemur exempla. Per Dominum &c.

IV. Deceb: S. Petri Chrysologi Ep: C. D.

DEUS, qui Beatum Petrum Chrysologum Doctorem egregium Divinitus præmonstratum, ad regendam & instruendam Ecclesiam tuam eligi voluisti; præsta, quæsumus; ut, quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in Cœlis. Per Dominum &c.

VI. Decembr: S. Nicolai Episc: Conf.

DEUS, qui Beatum Nicolaum Pontif. innumeris decorâsti miraculîs; tribue, quæsumus; ut ejus meritîs & precibûs à gehennæ incendiis liberemur. Per Dominum &c.

VII. Decembr: S. Ambrosii Ep: C. E. D.

DEUS, qui populo tuo, &c. *Ut 14. Januar: in Festo S. Hilarii.*

XI. Decembr: S. Damasi Pap: Conf.

EXaudi Domine preces nostras, & interveniente B. Damaso Conf. tuo atq; Pont:, indulgentiam nobis tribue placatus & pacem. Per Dominum &c.

XVIII. Decemb: Expectationis B. M. V.

DEUS, qui de B. MARIÆ Virg: utero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere

ſcipere voluiſti; præſta ſupplicibus tuis; ut, qui vere eam DEI Genitricem credimus, ejus apud te interceſſionibûs adjuvemur. Per eundem Dominum &c.

XXV. Decemb: Nativitas D. N. J. C.

COncede, quæſumus Omnipotens DEUS; ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos ſub peççati jugo, vetuſta ſervitus tenet. Per Dominum &c.

XXVI. Decemb: S. Stephani Protomart.

Da nobis quæſumus &c. *Ut ſupra 3. Auguſti.*

XXVIII. Decemb: SS. Innocentium MM.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes MM. non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt, omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingva noſtra loquitur, etiam moribûs, vita fateatur. Per Dominum noſtrum &c.

XXIX. Decemb: S. Thomæ Ep: M.

DEUS, pro cujus Eccleſia glorioſus Pontif. Thomas. *Ut 8. Maji.*

Circumciſio D. N. J. C.

DEUS, qui ſalutis æternæ B. M. Virginitate fæcunda, humano generi præmia præſtitiſti; tribue quæſumus; ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum JESUM Chriſtum &c.

Octava S. Stephani Protomart.

OMnipotens ſempiterne DEUS, qui primitias Martyrum in B. Levitæ Stephani Sangvine

gvine dedicâsti; tribue, quæsumus; ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exoravit Dominum nostrum JESUM Christum &c.

Vigilia Epiphaniæ.

OMnipotens sempiterne DEUS, dirige actus nostros in beneplacito tuo, ut in Nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibûs abundare. Qui vivis, &c.

Epiphania D. N. J. C.

DEUS, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stellâ duce revelâsti, concede propitius; ut qui jam te ex fide cognovimus, usquè ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per Dominum &c.

Octava Epiphaniæ D. N. J. C.

DEUS, cujus Unigenitus in substantia nostræ carnis apparuit, præsta, quæsumus; ut, per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur. Qui tecum vivit, & regnat &c.



COMMEMORATIONES In Communi.

In Imis VESPERIS.

Unius Martyris Antiphona.

ISte S. pro lege DEI sui certavit usq; ad morte, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat super firmam petram.

℣. Gloria & honore coronasti eum Domine,

℞. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Plurimorum Martyr: Antiphona.

IStorum est enim Regnum Cœlorum, qui contẽpserunt vitā mundi, & pervenerunt ad præmia Regni, & laverunt stolas suas in Sanguine Agni.

℣. Lætamini in Domino, & exultate justi,

℞. Et gloriamini omnes recti corde.

Confessoris Pontificis Antiphona.

SAcerdos & Pontifex & virtutum opifex, Pastor bone in populo ora pro nobis Dominum.

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eum,

℞. Stolam gloriæ induit eum.

Doctoris Antiphona.

O Doctor optime Ecclesiæ S. Lumen Beate N, Divinæ Legis amator deprecare pro nobis Filium DEI.

℣. Amavit eum Dominus & ornavit eum,

℞. Stolam gloriæ induit eum.

Confessoris non Pontificis Antiphona.

SImilabo eum Viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra firmam petram.

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eum,

℞. Stolam gloriæ induit eum.

Virginis sive Mart: sive non, Antiphona.

VEni Sponsa Christi accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.

℣. Specie tua & pulchritudine tua,

℟. Intende, prospere procede, & regna.

Non Virginis sive Mart: sive non, Antiphona.

SImile est Regnum Cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, inventâ unâ pretiosa dedit omnia sua, & comparavit eam.

℣. Specie tua & pulchritudine tua,

℟. Intende, prospere procede, & regna.

In LAUDIBUS Ad BENEDICTUS.

Unius Martyris Antiphona.

QUi odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

℣. Justus ut palma florebit.

℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Plurimorum Martyr: Antiphona.

VEstri capilli capitis omnes numerati sunt nolite timere multis passeribus meliores estis vos.

℣. Exultabunt Sancti in gloria,

℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

Confessoris Pontificis Antiphona.

EUge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā dicit Domin9.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas,

℟. Et ostendit illi Regnum DEI.

Confessoris non Pontificis Antiphona.

EUge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam intra in gaudium Domini tui.

℣. Ju-

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et ostendit illi Regnum DEI.

Virginis Antiphona

SImile est Regnum Cœlorũ homini negotiatori quærenti bonas margaritas inventâ unâ pretiosa dedit omnia sua, & comparavit eam.
℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Non Virginis Antiphona.

DAte ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus.
℣. Diffusa est gratia &c. ut supra.

In feriali Officio.

℣. Repleti sumus mane misericordia tua,
℟. Exultavimus, & delectati sumus.

In 2dis VESPERIS.

Apostolorum Antiphona.

EStote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente accipietis Regnum æternum. Allel:
℣. Annuntiaverunt opera DEI.
℟. facta ejus intellexerunt.

Unius Martyris Antiphona.

QUi vult venire post me abneget semetipsum, & tollat Crucem suam & sequatur me.
℣. Justus ut palma florebit.
℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Plurimorum Martyr: Antiphona.

GAudent in Cœlis Animæ SS. quia Christi vestigia secuti, & quia propter ejus amorẽ, Sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine. ℣ Exultabunt SS. in gloria.
℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

Confessoris Pontificis Antiphona.

AMavit eum Dominus, & ornavit eum, & ad portas Paradysi coronavit eum.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et ostendit illi Regnum DEI.

Papæ Antiphona.

DUm esset summus Pontifex terrena nõ metuit, dum ad Cœlestia Regna gloriosus migravit.

℣. Justum deduxit Dominus &c. ut supra.

Doctoris Antiphona.

O Doctor optime, &c. *sicut in imis Vesperis.*

℣. Justum deduxit Dominus &c. ut supra.

Confessoris non Pontificis Antiphona.

HIc Vir despiciens mundum, & terrena, triũphans Divitias Cœlo condidit, ore, manu.

℣. Justum deduxit &c. ut supra.

Virginis Antiphona.

VEni Sponsa Xsti, *ut in imis Vesperis.*

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℟. Propterea benedixit te DEUS in æternum.

Non Virginis Antiphona.

MAnum suã aperuit inopi, & palmas suas extẽdit ad pauperem, & panem otiosa nõ comedit.

℣. Diffusa est gratia &c. ut supra.

Sabbatho per Annum extra Adventũ & Quadragesimã.

℣. Vespertina oratio ascendat ad te Domine.

℟. Et descendat super nos misericordia tua.

Die Dominico Ad Laudes.

℣. Dominus regnavit decorem induit.

℟. Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute. *Die Dominico ad Vesperas.*

℣. Dirigatur Domine oratio mea.

℟. Sicut incensum in conspectu tuo.


Biblioteka Jagiellońska
stdr0023957

